678. Notissimus clypei abjector Cleonymus, in quem facetus hic est jocus e similitudine vocum petitus ἀποβολμαῖος et ὑποβολιμαῖος. BRUNCK.

680. πυκνί R.V.G. Vulgo πυγκί. Vid. ad Eq. 165.

682. ποῖ R.V. σου Ald. om. C.G.

684. ἐπεγράψατο] Hoc verbum proprie usurpatur de inquisitis, quos habere oportebat προστάτην. BERG.

689. γενησόμεσθα] γενησόμεθα B.

γενησόμεσθα. EPM. τίνι τρόφῃ ;] Legebatur γενησόμεσθα τρόφῃ τινί. Postrema verba duo Mercurio tribuit R.

690. λυχνοποιὸς] Nub. 1065. Ὑπέρβολος δ' οὐκ τῶν λύχων — .

694. κατέλιπεν] κατέλειπεν V.

695. πράττει C.R.V.F. πράττειν B. πράττοι Ald.

699. κέρδους ἕκατι κᾶν ἐπὶ ρίπὸς πλέοι] Versum proverbialem poetæ ignoti θεοῦ θέλοντος κᾶν ἐπὶ ρίπὸς πλέοι memorant Plutarch. Mor. p. 405 b. Theophilus ad Autol. 2, 9, scholiasta Eurip. Phœn. 398. De φιλαργυρία Simonidis copiosa est annotatio scholiastæ.

ἐπὶ ρίπὸς C.R.V.F. ἐπὶ τῆς ρίπὸς Ald.

700. δαί C.F. Reliqui libri δέ.

ἀπέθανεν] Brevi ante hanc fabulam actam tempore. Ultimam ejus fabulam Πυτίνην fuisse constat, actam olympiadis 89. anno primo.

701. ὄθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον] Nihil de hac incursione ab historicis proditum vidi: quod non mirandum, quum Lacedæmonii fines Atticæ non raro illis temporibus infestaverint. Aristides vol. 1. p. 387, 10. σκέψασθε δὴ καὶ τόδε, ὅτι Λακεδαιμόνιοι καθ' ἕκαστον ἔτος ἐμβάλλοντες εἰς τὴν Ἀττικὴν οὐκ ἡσχύνοντο ἀναχωροῦντες, τὸσαῦτα ὅσα ἡδύνατο βλάψαντες. Absurde scriptor περὶ κωμωδίας p. xi. ed. Kust. de prima Lacedæmoniorum invasione cogitavit, quæ archonte Pythodoro facta est, id est olympiadis 87. anno primo, vivo atque vigente Cratino.

703. ἰδῶν] ὄρων B. In ἰδῶν consentiunt grammaticus modo citatus et Suidas in ἐξηγέσχετο. Notatur autem his verbis Cratini vinositas.

705. ἀφησόμεσθα R. Vulgo ἀφεξόμεσθα.

711. τῆς Ὀπώρας κατελάσας] In Eccles. 1082. ποτέρας προτέρας οὖν κατελάσας ἀπαλλαγῶ; BRUNCK. καταγελάσας V. corr. Idem vitium apud Ælian. epist. 7. τῆς Ὀπώρας οὖν καταγελάσαι τί ἀδικῶ; correxit in annotatione ad locum Ecclesiaz. Kusterus.

712. βληχωνίαν] Pulegium dicitur valere contra mala, quæ ex nimio esu pomorum oriuntur. Forte et aliquid obsceni subest; nam βληχῶ etiam dicitur τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, ut patet ex Lysistr. 89. Tale quid est, quale in ροφήσεις ζωμὸν v. 715. latere videtur. BERG.

714. ἡσπέρ ποτ' ἦν] Schol. ἡ γὰρ βουλή τὰς θεωρίας ἐξέπεμπε.

715. βουλή σὺ scholiasta. Libri σὺ βουλή.

716. ροφήσει Elmsleius ad Acharn. 278. Libri ροφήσεις.

ζωμὸν ἡμερῶν τριῶν] Quia in triduum supplicationes decerni solebant. BRUNCK.

722. Euripidis ex Bellerophonte versus.

724. τὴν τοῦ Γανυμήδους ἀμβροσίαν σιτήσεται] Schol. ἀμβροσίαν ἀντὶ τοῦ, τὴν κόπρον. Nec apud deos manenti scarabæo suavius quidquam dari poterat, juxta illud, quod dixit famulus initio fabulæ: ἐτέραν δὸς παιδὸς ἡταιρηκότος. | τετριμμένης γάρ φησιν ἐπιθυμείν. BRUNCK.

725. θάρρει] Male vulgo θάρσει, quod tragicis relinquendum. BRUNCK.

728. ἐστυκότες] Perperam in B. ἐστηκότες. Frequens ista permutatio. Vide ad Thesm. 158. BRUNCK.

729. σκεύη] Enumerata v. 299.

732. φυλάττετε V. φύλαττε R.Γ. Vulgo φύλαττε σύ.

ἀνδρείως] ἀνδρίως R.

733. Videtur alius cujuspiam poetæ versum non optimum ridere: qua sola ratione explicari posse videtur cur tetrametrum trochaicum anapæstis admiscuerit.

ἦν] ἦν V.

ἔχομεν] ἔχωμεν C.V.

λόγων] λόγον B.R.

ὅσα τε νοῦς ἔχει C.R.V.Γ. χῶσα τε νοῦς αὐτὸς ἔχει γε B. χῶσα τε νοῦς αὐτὸς ἔχει Ald.

734. τύπτει τοὺς ραβδούχους] Thucyd. 5, 50. Λίχας δ' Ἄρκεσιλάου Λακεδαιμόνιος ἐν τῷ ἀγῶνι ὑπὸ τῶν ραβδούχων πληγὰς ἔλαβεν, ὅτι etc. Vid. Valekenar. ad Herodot. 8. 59. DOBRÆUS.

736. θυγάτηρ Διὸς] Minervam dicit. θυγάτερα V. Idem vitium in versu Simonidis apud scholiastam, δεῖ δ' ἄρα τιμῆσαι, θυγάτηρ Διὸς, ὅστις ἄριστος | δῆμψ Ἀθηναίων ἐξετέλεσσα μόνος.

740. τοῖς] τοὺς R.

742. τυπτομένους] Conf. Nub. 542.

743. παρέλυσεν R.V. Vulgo κατέλυσεν.

744. οὔνεκα] εἵνεκα V.

745. εἴτ' ἀνέροιτο Bentleius. ἐπανέροιτο libri et Suidas in σύνδουλος.

747. ἐς] εἰς libri.

τὸ νῶτον Suidæ in ὑστριχίς. τὸν νῶτον R.V.Γ. Vulgo τὰ νῶτα.

749. κἀπύργωσ'] Ran. 1004. de Æschylo, ἀλλ' ὦ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων πυργώσας ῥήματα σεμνά. BERG.

751. — 759. Hos versus leviter mutatos huc transtulit ex parabasi Vesparum 1029. — 1037.

752. ἐπεχείρει R.Γ. Vulgo ἐπιχειρεῖ.

756. οἰμωξομένων] οἰμωζομένων B.

ἐλιχμῶντο R.V, Suidas in Κύννα, et Vesp. 1033. Legebatur ἐλιχνῶντο. Scholiasta, δέον δὲ εἰπεῖν, ἐλιχμῶντο, ἐλιχνῶντο εἶπε διὰ τὸ λίχρον τῶν κολάκων. Hesychius, ἐλίχρων (scr. ἐλιχνῶντο): τοῦτο πεποιήται ἐπὶ τοῦ λιχνεύειν παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Εἰρήνῃ.

758. καμήλου] καμίνου R.V.Γ.

759. τοιοῦτον] τοιοῦτ' R.Γ. γρ. τοιοῦτον δ' Γ.

760. ἄλλων] De hoc usu adjectivi vid. Elmsl. ad Soph. Œd. T. 7.

νήσων] Ægina potissimum insula intelligenda, quæ patria fuit Aristophani.

οὔνεκα Brunckius. εἵνεκα libri.

761. μοι om. B. Ald.

ὑμᾶς εἰκὸς] εἰκὸς ὑμᾶς Ald. ὑμᾶς εἰκὸς δὴ B.

768. ξυσπουδάζων] ξυνσπουδάζων R.

771. Plutarch. Mor. p. 634 d. σκώπτειν γὰρ ἑαυτὸν δοκῶν ἐκείνον ἀλύπως ἐνουθέτησε. διὸ καὶ τῶν κωμικῶν ἔτιοι τὴν πικρίαν ἀφαιρεῖν δοκοῦσι τῷ σκώπτειν ἑαυτοὺς, ὡς Ἀριστοφάνης εἰς τὴν φαλακρότητα.

774. ἀνδρὸς] Corrigendum λαμπρὸν ex annotatione scholiastæ, λαμπρὸν διὰ τὴν φαλακρότητα. ἢ εὐπαρρησιαστον. Equit. 550. ἴν' ὁ ποιητὴς ἀπὴν χαίρων | κατὰ νοῦν πράξας | φαιδρὸς λάμπουτι μετώπῳ.

783. Καρκίνος — μετὰ τῶν παίδων] Vid. Vesp. 1501.

785. ὑπάκουε Bentleius. Libri ὑπακούσης.

790. σφυράδων] Hesychius, σφυράδες: τὰ διαχωρήματα τῶν αἰγῶν καὶ προβάτων· οἱ δὲ σφυράδας. Vid. Pierson. ad Mœr. p. 361. BRUNCK.

ἀποκνίσματα] ὑποκνίσματα R.

μηχανοδίφας] Xenoclem, Carcini filium, tangit, cujus in tragœdiis multus fuerat machinarum scenicarum usus: de quo vide schol.

794 — 796. καὶ γὰρ — ἀπάγξαι] Hæc in unum versum conjungenda pariterque in antistropho.

795. τὸ δρᾶμα] In scholiis: δρᾶμα δὲ ἐποίησε τοὺς Μύας, διὰ τοῦτο καὶ γαλῆν εἶπεν ἀπάγξαι. Vult autem dicere, victum esse Carcinum in commissione illius fabulæ. BERG.

797. τοιάδε — καλλικόμων ὑμνεῖν ex Stesichoro, cujus verba apposuit scholiasta. δαμώματα idem interpretatur τὰ δημοσία ἀδόμενα.

800. ὅταν ἤρινά μὲν φωνῇ χελιδῶν — κελαδῆ] Hæc quoque ex Stesichoro adumbrata. ἤρινᾶ Ald.

803. Μόρσιμος] Malus poeta, de quo vid. Ran. 152. BERG.

804. Μελάνθιος] Et hic poeta fuit tragicus. Inter hel- luones eum numerat v. 1009. In Av. 151. leprosum fuisse significat.

808. ἀδελφός] Libri ἀδελφός.

814. τραγομάσχαλοι] Acharn. 852. ὄζων κακὸν τῶν μασχαλῶν πατρὸς Τραγασαίου.

ἰχθυολῦμαι] Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 43, 23. ἰχθυο- λύμης ἄνθρωπος: ἐπὶ τινος λίχνου καὶ περὶ ἰχθύων ἐδωδὴν μεμη- νότος.

819. ἐλθεῖν ἦν ἄρ' R.V.G. Vulgo ἦν ἐλθεῖν ἄρ'.

820. ἔγωγέ τοι] ἐγὼ δέ τοι Choeroboscus in Bekkeri Anecd. p. 1411. et Joannes Alex. τον. παραγγ. p. 14, 23: sed ἔγωγέ τοι Herodianus in Aldi Hortis Adon. fol. 201. verso.

τὸ R.V. et grammatici illi. Vulgo τά.

822. ἀπὸ τοῦρανοῦ R.V.G. Vulgo ἀπ' οὐρανοῦ.

ῥφαίνεσθε] Vulgo φαίνεσθε. φαίνεσθαι R.G.

824. ΟΙΚ.] θε, R.

ὡς ἐγὼ ῥπυθόμην] ὡς ἐγωγ' ἐπυθόμην R.V.G. Fortasse ὡς γ' ἐγὼ ῥπυθόμην.

829. In Avibus introducit dithyramborum poetam Cinesiam alas petentem, ut sublime volans possit captare proœmia, v. 1383. ὑπὸ σοῦ πτερωθεὶς βούλομαι μετάρσιος ἀναπτόμενος ἐκ τῶν νεφελῶν καινὰς λαβεῖν ἀεροδομήτους καὶ νιφοβόλους ἀναβολάς. Ad quem alter: κρέματα μὲν οὖν ἐντεῦθεν ὑμῖν ἢ τέχνη. BERG.

830. ξυνελέγοντ'] συνελέγοντ' scholiasta Platonis p. 363. ed. Bekk.

831. ἐνδιαεριαερινηχέτους] Id est ἀερόνηχεῖς nisi quod ha- betur ibi ἐνδιος, i. e. *serenus*, *lucidus* et ἀνήρ. Vox ἀερονηχεῖς occurrit in Nub. 336. ubi etiam ridet dithyrambos: ἀερίας διερὰς γαμψοὺς οἰωνοὺς ἀερονηχεῖς. BERG. ἐνδιαεριαερινηχέτους R.V. Scholiasta, Δίδυμος δὲ πεπλάνηται λέγων ἀερινηχέτους· οὐ γὰρ λέγουσιν ἀεέρα οὔτοι. ἐνδιαεριαερινηχέτους Suidas in

διθυραμβοδιδάσκαλοι. Fr. Thierschio in Actis Academiae Bavariae (a. 1835.) vol. 1. p. 709. scribendum videtur τὰς ἐνδιαερευνηχέτας τινάς, vocabulum ex ἐνδιος, ἀήρ, ἔαρινος et ἡχέτης compositum, cujus partem postremam sumptam esse ab Hesiodo (Ἔργ. 580.) ἡχέτα τέττις, qui δενδρέφ' ἐφεζόμενος λιγυρὴν κατεχεύατ' αἰοιδῆν. Intelligi igitur ἀναβολὰς per liquidum aërem verno tempore resonantes. Tertia vocabuli syllaba ab ἀήρ ducta quum longa esse debeat, scribendum certe erat ἐνδιαερευνηχέτας. Sed ultimas syllabas ab νήχεται recte derivare videtur Berglerus comparato ex Nubibus ἀερονηχέις. De ἔαρινος vel ἔαρ si recte cogitavit Thierschius, scribendum erit ἐνδιαερευνηχέτους, vel ἐνδιαερευνηχέτους.

835. Ἰων ὁ Χίος] De Ionis memoria optime meritis est Bentleius in epistola ad Millium p. 50. Fecerat Ion dithyrambum cujus initium ab schol. et Suida prolatum, αἰοῖον ἀμεροφοίταν ἀστέρα μέγαμεν, ἀελίου λευκοπτέρυγα πρόδρομον. Inde comici jocus. BRUNCK.

836. ὡς δ' ἦλθ', εὐθέως R. V. Γ. Vulgo ὥστε γ' εὐθέως.

838. διατρέχοντες ἀστέρες] Qui διάττοντες ab Aristotele alii-que dicuntur.

838. — 892. om. Γ.

841. ἱπνοὺς] Glossæ: ἱπνός, *furnus, laterna*. Scholia ad Plut. 816. ὁ δ' ἱπνός τὸ μαγειρεῖον ἢ ἡ καπνοδόχη, ἢ ὁ φανός ὡς τὸ, Ἐν τε etc. Ad hunc in Pace locum scholia: οὗς νῦν ἡμεῖς λαμπτήρας ἢ φανοὺς καλοῦμεν. BERG.

844. τ' ἐμοὶ Brunckius. τέ μοι libri.

847. ταῦτα Brunckius. Libri ταῦτα.

τοῦρανοῦ R. V. Vulgo τῶν οὐρανῶν. Quo plurali utuntur scriptores ecclesiastici.

855. κἀνθάδε] καναδε C. καὶ κανᾶ B. Ald.

856. γ' om. B.

858. τὰ νῦν τάδε] Eurip. Heracl. 641. εὐτυχέις τὰ νῦν τάδε. ubi vide Elmsleium.

864. εὐδαιμονέστερος] εὐδαιμονίστερος R.

φανεῖ Bentleius. φανεῖς libri, qui versum hunc Trygæo adscribunt. Chori esse vidit Bentleius.

τῶν Καρκίνου στροβίλων] Ita vocat Carcini filios, ludens in homonymia voc. στρόβιλος, quæ et *nucem pineam* significat et *saltationis* genus quoddam, quia erant saltatores; simili ratione

eosdem istos vocat ὀρχίλους Vesp. 1513. ludens in vocibus ὀρχεῖσθαι saltare et ὀρχίλος orchilus, avicula quaedam. BERG.

865. πιβὰς R.V. et Suidas in ὄχημα. Legebatur βὰς, versu tetrametro οὐκουν — βὰς.

866. ἐν τοῖς ἀγροῖς R.V. Legebatur ἐν τοῖς ἀγροῖσιν αὐτοὺς, versu tetrametro ἔσωσα — αὐτοὺς.

867. ὄντας om. V.

κινεῖν] Scribendum βινεῖν cum Florente Christiano.

868. OIK.] θε, R.

καὶ τὰ] κᾶτα R.

869. σησαμῆ] σησάμοις B.

872. ἀνύσαντε τῇ βουλή τὴ ταυτηί. OIK. τί φήσ;] Legebatur ἀνύσαντε τῇ βουλή. OIK. τίς ἔσθ' αὐτῆ; τί φήσ; Correxī ex R.V, quorum R. ἀνύσαντε τῇ βουλή ταυτηί. θε, τί φήσ; V. autem ἀνύσαντε τῇ βουλή τὴ ταυτηνί. οἰκ. τί φήσ; Recte habet ταυτηί: nam praesens est βουλή. τὴ cum ἀνύσαντε conjungendum.

873. 874. Trygæo dat V.

874. ὑποπεπωκότες B. et scholiasta. ὑποπεπτωκότες C.R.V. Ald.

876. πρωκτοπεντετηρίδα] Quia *Brauronia* quinto quoque anno agitabantur. Vide Meursium in *Græcia Feriata*. BRUNCK.

879. Locus paulo obscurior. Conspecta Theoria, famulus libidine inflammatus, ne rumpatur tentigine, manu utitur amica. Inde facile omnia explicantur. BRUNCK.

882. αὐτὸς ἐς μέσους Seidlerus. αὐτοὺς ἐς μέσους R.V. Legebatur ἐς μέσους αὐτοὺς.

885. Vide secundam parabasin *Equitum* v. 1274. BRUNCK.

886. Idem versus Eq. 155.

890. ἀνάρρυσις vocabatur secundus *Apaturiorum* dies. Sed obscena in his est allusio ad τὴν τοῦ σπέρματος ῥύσιν. BRUNCK.

891. ὄρα] Legebatur ὄρατε.

τοῦπᾶνιον] ὀπᾶνιον *coquinam* significat. Sed impudentissimus iste obscenas interea partes Theoriæ monstrat. Propterea dixit κεκάπνικε. Nam pars illa tanquam fumo nigra est, διὰ τὰς τρίχας. E notis Florentis. BRUNCK.

ἡμῖν] R.V. Vulgo ὑμῖν.

ὡς om. B. ὡς καλὸν ἡμῖν V.

892. ἐντεῦθεν γὰρ ἦν — ποτέ] Legebatur ἐνταῦθα γὰρ — ποτ' ἦν.

894. δ'] Legebatur γ'. θ' R.

897. πλαγίαν — ἐστάναι] Hic versus accessit ex R.

παγκράτιον] παγκράτειον R.

ὑπαλειψαμένοις] ὑπολειψαμένοις V.

899. ἄξετε] ἔξετε R. ἔξεται Γ.

900. ἵνα δὴ R.V. ἠνίκα C. ἠνίκα γε B. ἠνίκα δὲ Ald.

κέλης κέλητα] Horatius Serm. 2, 7, 50. *Clunibus aut agitati equum lasciva surinum*. In Vesp. 499. καμέ γ' ἡ πόρνη ὅτι κελητίσ' ἐκέλευον, ἤρετο εἰ τὴν Ἰππίου τυραννίδα καθίσταμαι. **BERG.**

901. ἀνατετραμμένα] In Ran. 543. ἐν στρώμασιν Μιλησίοις ἀνατετραμμένος κινῶν ὀρχηστρίδα. **BERG.**

896. — 902. Nihil est in superioribus, quod facile non intelligatur e notis in præcedentes fabulas. τετραποδηδὸν ἐστάναι schema innuit, de quo ad Lys. 231. et ad Eq. 1386. κέλης in re venerea quid sit, declaratum in nota ad Lys. 60. Faceta in metaphora pergens, ἄρματα v. 901. dicit pro σώματα. Explicatur προσκινήσεται e *Lysistratæ* v. 227. κακῶς παρέξω, κοῦχὶ προσκινήσομαι. Denique languentis penis post rem peractam imago postremis versibus depingitur. **BRUNCK.**

904. περὶ] περὶ δὲ R.

καμπαῖς] κάμπαις Γ. Ald.

906. θᾶσ'] θέασ' R.V.Γ. ἴδ' Ald. Hoc est ἴδ', quod posuit Brunckius. Quum θέασαι disyllabum per synizesin, qua comici non utuntur, pronunciari nequeat, Dorica forma θᾶσαι, qua in sermone vulgari usi esse videntur Attici, et huic loco restituenda fuit et Thesm. 280. ᾧ Θράττα, θᾶσαι, καομένων τῶν λαμπάδων, ubi libri numeris minus elegantibus θέασαι. et Eccles. 270. ὡσπερ τὸν ἄνδρα θᾶσθ', ὅτ' εἰς ἐκκλησίαν — .

ὁ πρύτανις] *Prytanum avaritiam carpit, ut qui gratis peti-
torem nullum in Senatam admitterent, induciarum forensium
nomen prætexentes. Vulgo enim dicebant: ἐκεχειρία ἐστίν, οὐ
δυνάμεθα εἰσάγειν. Etsi non tam amarent ἐκεχειρίαν, quam
τοὺς ἔχοντάς τι ἐν ταῖς χερσίν.* Verba sunt *Sam. Petiti* ad Leg.
Att. p. 273. Alludit etiam ad ὑπέχειν τὴν χεῖρα, quod προτεί-

νειν dixit Thesm. 937. ὦ πρύτανι, πρὸς τῆς δεξιᾶς, ἦνπερ φιλεῖς
| κόλιην προτείνειν, ἀργύριον ἦν τις διδῶ. BRUNCK.

907. προῖκα] προῖκ' ἂν R.V.G.

908. ἐκεχειρία sunt *induciæ* et metaphorice *feriæ* et *vaca-
tiones* quævis; nunc alludit etiam ad ἔχειν τι ἐν τῇ χειρὶ παρὰ
τῶν δεομένων, ut dicit schol., i. e. *habere aliquid* (scil. munusculi)
in manibus, ab iis qui volunt introduci in Senatam. BERG.

910. πολίτης] Scribendum πολίταις cum Hermanno Elem.
doctr. metr. p. 420.

911. γ' ἐστὶ] ἐστὶν R. ἐστὶ Γ.

916. φήσεις γ', ἐπειδὴν] φήσεις ἐπειδὴν R.V.G. et Suidas in
λεπαστή: quod recepi addito γε, ut v. 1350. φήσεις γ', ὅταν ἐσ-
θίης — et Equit. 1388. φήσεις γ', ἐπειδὴν —. φήσεις τί δῆτ'
ἐπειδὴν B. Ald. Corrupte apud Athenæum II. p. 485 a. τί
δῆτα νηπίοις οἴνου κύλικα λεπαστήν.

οἴνου νέου R.V. et Suidas. Aberat νέου.

919. Τρυγαῖος om. Ald.: habent B.C.R.V.

ἄθμονεὺς] ἄθμονεὺς libri.

920. Legebatur τὸν δημότην ὄμιλον. Ejeci ὄμιλον, addita-
mentum correctoris metrici, duos restituentis tetrametros al-
terum δεινῶν — ὄμιλον, alterum καὶ — παύσας. Similiter stro-
pha interpolata fuit v. 865. 866.

922. XOP.] θε, R.

923. χύτραις ἰδρυτέον] Subintellige ἀθάρης aut φακῆς aut ὄσ-
πρίων, aut simile: solebant enim pultem coquere aut legumina,
cum erigerent statuam aliquam aut aram, et id dicebatur ἰδρύειν
χύτραις. Sic Plut. 1198. τὰς χύτρας, αἷς τὸν θεὸν ἰδρυσόμεθα,
λαβοῦσ' ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρε. BERG.

924. μεμφόμενον Ἐρμῆδιον] Hermula, quæ queritur se coli
vili ritu. BECK. Vid. schol.

926. δέοι] Scribendum δέη.

928. Θεογένους] Scribebatur Θεαγένους, quam formam etiam
quattuor alios in locos comici (Avium v. 822. 1127. 1295.
Lysistr. v. 63.) invexerunt librarii, sed intactum reliquerunt
Θεογένους in Vesp. v. 1183. Eadem librorum discrepantia in
Thucydidis, Xenophontis aliorumque scriptis est, sed ut Θεα-
γένους plerumque in deterioribus, Θεογένους in antiquis codi-
cibus legatur, commendatum illud etiam marmoris Sandvi-
censis auctoritate.

ἡνρία] Vid. schol. Equit. 986.

929. τῷ R. Vulgo τί.

930. Ἴωνικὸν] Attici enim dicunt οἷς, Iones ὄϊς. BERG.

931. ῥῆμ' R.V. Legebatur ῥῆμά γ'.

οὖν Elmsleius ad Acharn. 335. Libri γ'.

932. λέγων Berglerus. Libri λέγει.

939. θεὸς om. Ald.

θέλη R.V.Γ. et Suidas in πάνθ' ὅσ' ἄν. Vulgo θέλη γε.

942. θύρασι R.V. et Suidas in βωμός et θύρασι. Vulgo θύ-
ραισι.

943. ἐπέγετε] ἀπέγετε Ald.

945. μετάρτροπος αὔρα] Euripides Electr. 1147. Ἄμοιβαὶ κα-
κῶν μετάρτροποι πνέουσιν αὔραι δόμων. Æschylus Pers. 947.
δαίμων γὰρ ὅδ' αὖ μετάρτροπος ἐπ' ἐμοί. BERG.

947. Terminantur hi anapæsti versu iambico, ut in Av.
1322. 1334.

948. — 1011. om. B.C.Γ. Ald. Ex libro Ravennate primus
edidit Antonius Francinius in editione Florentina a. 1525.

948. ΤΡΥΓ.] θε, R.

949. πλὴν τὸ πρόβατον] Quasi dicas: et ephippium et frenum
habeo, tantum equum non habeo, ἐν ᾧπέρ ἐστι πάντα μοι τὰ
πράγματα. Neque hodie certe mactabitur illa ovis, etsi omnia
ad sacrificandum parata sunt, ἀλλ' ὄψει προφάσεις αὐτὸν παρέ-
χοντα infra 1020. BERG.

951. Χαίρις] Vid. ad Acharn. 16.

952. αὐλῶν] αὐλήσων libri et Suidas in Χαιριδεῖς.

953. σάφ'] Legebatur τοῦτ' εἶ. Hoc et αὐλήσων qui posuit,
versus iambicos dimetros facere voluit. Similes interpolationes
notavimus supra 865. 866. 920.

957. ἐπιδέξια Brunckius. ἐπὶ δεξιά vulgo. ἐπιδεξιά R. Vid.
Valcken. ad Eurip. Hippol. 1360. p. 311. Lobeck. ad Phryn.
p. 259.

958. ΟΙΚ.] θε, R.

959. δαλίον] Libri δαδίον. Scholiasta, οὕτω διὰ τοῦ λ ὁ τὴν
κωμικὴν γράψας λέξιν ἀναγινώσκει. Brunckius “ Suidas veram
“ hujus loci lectionem adfirmat. δαλίον. οὕτως οἱ κωμικοὶ διὰ
“ τοῦ λ. Φέρε δὴ τὸ δαλίον τόδ' ἐμβάψω. ἐδόκου γὰρ καθαίρειν
“ ἀποβάπτοντες τοῦ πυρός. οἱ δὲ δαδίον γράφουσι. Erudita est
“ ad illum Suidæ locum Kusteri nota. Hesychius: δαλίον.

“δαλόν. ἐν ταῖς ἱεροποιαῖς εἰώθασι τὸν δαλὸν ἐμβάλλειν εἰς τὴν
 “χέρνιβα, καὶ περιρραίνειν τὸν βωμόν. Hujus moris mentio est
 “apud comicum in Lys. 1129. οὐ μίᾱς ἐκ χέρνιβος | βωμοὺς
 “περιρραίνοντες — . Et apud Euripidem Hercule Fur. 930.
 “μέλλων δὲ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν, | εἰς χέρνιβ’ ὡς βάλψειν,
 “Ἄλκμήνης τόκος.”

ἐμβάψω] ἐμβάμψω R.

960. σὺ — λόγων] εὖ — λόγων scholiasta Townlei. et Victor.
 Hom. Il. ι, 458.

962. τοῖς] τοῖσι vulgo. τοῖσιν R.

τῶν κριθῶν] Videtur facere comicus, quod alias indecorum
 esse ait: nempe sparsionibus risum captare: nempe in Plut.
 797. οὐ γὰρ πρεπῶδές ἐστι τῷ διδασκάλῳ ἰσχάδια καὶ τρωγάλια
 τοῖς θεωμένοις προβαλόντ’ ἐπὶ τούτοισιν ἐπαναγκάζειν γελᾶν. Sed
 h. l. admodum scite id facit, ludens in homonymia vocis κριθῆ,
 quæ et hordei granum significat et membrum virile; nam lepi-
 dum est, cum dicit mulieres non accepisse κριθῆν, sed fore, ut
 sub vesperam eis dent viri. BERG.

966. γ’ additum ex R.

εἰς codex Victorianus. Vulgo ἐς hic et Eccles. 1047.

967. ἄνδρες] ἄνδρες libri.

968. Adludit ad sacrificiorum ritum, in quibus præco clama-
 bat τίς τῆδε; Respondebat vero sacris operantium turba πολλοὶ
 κἀγαθοί. BRUNCK.

970. ΟΙΚ.] θε, R.

978. — 986. choro tribuit Brunckius. Male.

981. ἐκείναι] αἰκείναι R.

982. παρακύπτουσιν] Eadem fere sententia Thesm. 797. BERG.

986. ἡμᾶς] ἡμῖν V.

992. Λυσιμάχη] Nempe ut ex re nomen habeat. Sic in
 Lys. 554. οἶμαί ποτε Λυσιμάχας ἡμᾶς ἐν τοῖς Ἑλλησι καλεῖσθαι.
 BERG.

1003. κὰκ Βοιωτῶν] Conf. Acharn. 860. — 894.

1005. Κωπάδων] Libri κωπαῖδων.

1007. τυρβάζεσθαι] Cum dativo ut ὠστίζεσθαι in Acharn. 844.
 ubi etiam de turba in foro opsonantium, οὐδ’ ὠστιεῖ Κλεωνύμφ.
 BERG.

1008. Morychi et Glaucetæ helluonum simul meminit Plato
 comicus ap. schol. ad Nub. 109. ᾧ θεῖε Μόρυχε, νῦν γὰρ εἰδαί-

μων ἔφυς, καὶ Γλαυκέτης ἢ ψήττα, καὶ Λεωγόρας, οἱ ζῆτε τερπνόν. Cæterum observandum, ut in eodem isto loco Glaucetes vocatur *psetta*, quod est piscis genus, ita eundem vocari *cetum* in Thesm. 1062. Κήτει Γλαυκέτη βορὰ πρόκειμαι quia est helluo piscium. Morychi etiam tanquam helluonis piscium noster meminit Acharn. 887. ubi anguillam dicit φίλην Μορύχῳ. De Telea vid. in Av. ad v. 169. BERG.

1009. Μελάνθιον] Vid. 804. — 810.

1012. Μηδείας] Hæc ex Melanthii ipsius Medea, quam scripserit, esse oportet. Schol. affert locum ex Eurip. Medea: ὄδυστηνος κ. τ. λ. Exstat similior locus Iph. Taur. 153. ὠλόμαν ὠλόμαν [ὀλόμαν ὀλόμαν]· οὐκ εἶσ' οἴκοι πατρῶοι· οἴμοι φροῦδος γέννα. BERG.

1013. ὀλόμαν ὀλόμαν] ὠλόμαν ὠλόμαν Ald.

ἀποχρηθῆεις V. ἀποχειρωθῆεις libri reliqui et Suidas in μονφ-δεῖν.

1014. ἐν τεύτλοισι λοχευομένας] ἐντετευτλανωμένης dixit Acharn. 894.

1017. ΟΙΚ.] θε, R.

1020. ἀλλ' εἶσω φέρων] Sic. in Av. 1056. sacerdos, qui hircum mactaturus erat: ἀπίωμεν ἡμεῖς ὡς τάχιστ' ἐντευθενί· θύσου εἶσω τοῖσι θεοῖσι τὸν τράγον. BERG.

1023. σοι R.V. Vulgo δῆ. γρ. δῆ V. Post χρῆ indicavi lacunam. Nunc mihi probabilius videtur ejecto τοῖνον versus initium statuendum esse σέ τοι θύρασι χρῆ μένοντα (vel μένοντ'), excidisse autem partem alteram.

θύρασι] Libri θύρασι. Vid. Elmsl. ad Eurip. Medeam p. 157.

1025. πρόσφορα πάντ' R. Vulgo πρόσφορ' ἅπαντ'.

1029. ὀπόσα] ὀπόσ' ἂν R.V.

χρεῶν] χρεῶν ἐστι C.R.V.Γ. et Suidas in τί γάρ. Vulgo ἐστι χρεῶν. ἐστι apud Suidam omittunt libri aliquot.

τὸν C.R.V.Γ. et Suidas. Vulgo τὸν γε, versu dimetro ἐστὶ χρεῶν τὸν γε σοφῆ δόκιμον.

1030. Post σοφῆ excidit anapæstus vel spondeus unus.

πορίμῳ τε C.R.V.Γ. πορίμῳ Suidas. καὶ πορίμῳ Ald.

1031. τὸν Στιλβίδην] Fuit Stilbides haruspex celebris, quem Athenienses ad expeditionem Siculam secum duxerunt. Illius meminit etiam Eupolis in versibus a scholiasta prolatis: τίω'

οὖν μετέλθω δῆτά σοι τῶν μάντεων; | πότερος ἀμείνων ἀμφοτέρων; ἢ Στιλβίδης; Dixerat paulo ante Trygæus: *Nonne tibi videor, ut peritus haruspex, cremia ponere?* Nunc vero in eodem persistens joco ait: *Incensi ligni fumus haruspicem lædit.* Sed pro *haruspice* Stilbidem nominat. Nulla hic allusio ad *στίλβειν splendere*, quod esset perpol quam frigidum. BRUNCK.

1033. τίς οὖν ἂν οὐκ] Legebatur τίς οὐκ ἂν. τίς ἂν οὖν οὐκ R.V. τίς ἂν οὐκ Γ.

1037. οὐχὶ μὴ παύσει] οὐχὶ πεπαύσει Ald.

ὦν] ἂν B.C.Γ. Ald.

1040. θυλήματα] θηλύματα R.Γ.

1043. αὐτά R.V. Vulgo ταῦτα.

1047. οὗτος R. Vulgo αὐτός.

1050. κνίσαν R. κνίσαν V.Γ. Vulgo κνίσσαν.

1060. ἡ γλώττα χωρὶς τέμνεται] Ad hunc morem sacrificiorum alludit in Av. 1701. *κἀπὸ τῶν ἐγγλωττογοαστόρων κείνων* — ἡ γλώττα χωρὶς — Item in Plut. 1111. *ἡ γλώττα τῷ κήρυκι τούτων τέμνεται.* BERG.

1062. ἱερὰ] ἱερᾶ B.C.

1063. ὦ μέλει] Ita incipit oraculum Atheniensibus datum apud Herodot. 7, 140. BERG.

ἐς κεφαλὴν σοί] Vulgo ἐς κεφαλὴν σοι.

1066. αἰβοὶ βοὶ B.R.V.Γ. αἰβοὶ αἰβοῖ Ald. Scribendum αἰβοιβοῖ, ut οἰμοιμοῖ, de quo dixi ad v. 257. Ceterum hoc αἰβοιβοῖ Trygæo, τί γελᾶς Hierocli, proxima ἦσθην χαροποῖσι πιθήκοις iterum Trygæo sunt tribuenda.

ἦσθην χαροποῖσι πιθήκοις] Quia epitheton leonum simiis imposuit. BERG.

1067. κέπφοι] Proverbialiter de stolidis, quia talis est avis illa. Plut. 913. ὦ κέπφε. BERG.

1068. ὦν δόλιαι ψυχὰι] Lacedæmonii intelliguntur, quorum pacem semper suspectam habebant Athenienses. Vide supra v. 216. et Lys. 631. BERG.

1069. οὐτώσῃ θερμὸς] Nempe ut caro ista, quæ assatur. BERG.

1070. Βάκιω] Bacidis oraculorum meminit in Eq. 123. 998. Av. 963. BERG.

1074. τόδε] τόγε R.V. Vulgo τότε. Conf. v. 1103. Oraculum apud Diodor. Excerpt. Vatic. p. 8. τόδε δὲ πρότερόν σε κελεύει.

πρότερον R.V. Vulgo πρώτον.

τοῖς] τοῖς δ' R.

1076. κεν] καὶ R.

λύκος οἷν ὑμεναιοῖ] *Ante lupus sibi junget ovem.* De his inter quos insanabile dissidium. Consimili figura dixit Horatius Od. I. 33, 7. sed prius Appulis jungentur capreae lupis. BERG.

1077. καὶ πῶς — ὑμεναιοῖ] Hic versus accessit ex R.V.

1078. ἀκαλανθῖς ἐπειγομένη τυφλὰ τίκει] Recte scholiasta, παρὰ τὴν παροιμίαν, ἣ κύων σπεύδουσα τυφλὰ τίκει. τὸ δὲ ἀκαλανθῖς εἶδος ὀρνέον. Absurde alii grammatici ἀκαλανθίδα pro nomine canis habuerunt. Conf. schol. Av. 873.

1081. μεῖζον R.V. Vulgo μείζω.

1084. λοιποῦ 'ν V.Γ. λοιπ' ἐν R. λοιποῦ γ' ἐν Ald.

1086. τραχὺν] τρηχὺν R. Sed τραχὺν v. 1114.

1087. Ἀθηναίους] ἀθηναίους V.

1089. ὄνπερ] ὡσπερ Ald.

1090. — 1093. Versus non Homericus, sed ex locutionibus Homericis compositi.

1096. δεξιὸν] δεξιὸς Ald.

1097. 1098. Versus Homeri Il. 2, 63. 64.

1099. δὴ] δὴ νῦν R.V.

μήπως σε δόλω φρένας ἐξαπατήσας ἵκτινος μάρψη.] Male hæc vertit Berglerus: *Ne dolo aliquo mentem tuam decipiens TE milviusprehendat.* Nempe constructionem sic instituebat: μήπως σε ἵκτινος μάρψη, φρένας ἐξαπατήσας δόλω. At vero ordo est: μήπως σε ἐξαπατήσας φρένας δόλω ἵκτινος μάρψη — Quid? τὰ σπλάγχνα, de quibus est sermo. Prodigiosum, si milvus Trygæum unguibus prehensum abrepturus fuisset. ἐξαπατήσας σε φρένας est pro ἐξαπατήσας σου φρένας. Elegantis hujus constructionis exempla apud quosvis poetas obvia. Noster Av. 497.

—καὶ λωποδύτης παίει ῥοπάλω με τὸ νῶτον.

985.

—χρὴ τύπτειν αὐτὸν πλευρῶν τὸ μεταξύ.

Ach. 1029. ὑπάλειπον εἰρήνη με τῷ 'φθαλμῷ ταχύ.

Vide quæ notavimus ad Æschyli S. Th. 836. Ceterum post μάρψη punctum, quod est signum absolutæ sententiæ, poni non debuit. Imperfectus enim est Hieroclis sermo, quem percussus his vocibus ἵκτινος μάρψη Trygæus abrumpit. In versione etiam nomen *exta* poni non debuit. Vide *ne dolo ali-*

quo mentem tuam decipiens milvus, corripiat — TR. *Istuc tu cave.* BRUNCK.

1100. ἰκτῖνος] Vulgo ἰκτινος. Eustathius p. 1825, 12. Ἡρωδιανὸς ἱστορῶν ὅτι Ἰκτῖνος παρὰ Ἀπτικοῖς οὐκ ἄσημος δημιουργὸς ὁμώνυμος τῷ ὄρνιθι, οὗ καὶ τὴν περισπωμένην φυλάσσει ἐν τῇ παραληγούσῃ.

1103. ἔμαντῶ] ἔμαντὸν Antiaticista in Bekkeri Anecd. p. 84, 16. et Suidas in βαλανεύειν. ἔμαντῶ Suidas in ἔμαντῶ βαλανεύσω. Interpretantur autem grammatici per διακοπήσω.

1109. ἀπένεγκον R. Vulgo ἀπένεγκε.

1111. προσδώσει V. προδώσει R.Γ. Vulgo δώσει. σπλάγχων] Libri omnes τῶν σπλάγχων.

1112. προσδιδόναι V. προδιδόναι R.Γ. Vulgo πρὶν διδόναι. κεν C. Legebatur καὶ. Conf. v. 1076.

1115. συσπλαγχνεύετε R.

1116. τί ἐγὼ δέ] Legebatur τί δ' ἔγωγε; sed τί δ' ἐγὼ R.V.

τὴν Σίβυλλαν ἔσθιε] Quia dixerat v. 1095. οὐ γὰρ ταῦτ' εἶπε Σίβυλλα. BERG.

1118. ἀρπάσομαι σφῶν] ἀρπάσομαί σφον Ald.

1119. ὦ additum ex R.V.

Βάκιω] Ita vocat Hieroclem, quia Bacidis oracula jactabat assidue. Simile est illud: παῖε, παῖε τὸν Διὸς Κόρινθον, de quo scholia ad Ran. 442. BERG.

1122. τουτουὶ τῶν κωδίων] Hieroclem, qui prodierat pellibus aliquot involutus, quas nempe e sacris, quibus eodem die prae-fuisse fingitur, abstulerat, juxta morem ad Thesm. 758. et Pl. 1185. observatum. BRUNCK.

1123. ἐκβολβιδῶ] ἐκβολιδῶ R.

1126. ἀποπετήσει θάττον εἰς Ἐλύμνιον] Quasi ipse sit corvus ille. Elymnum autem dicitur esse locus in Eubœa, in qua etiam erat Oreum, unde Hierocles erat. BERG.

1127. — 1190. om. Γ.

1127. γ' additum ex R.V.

1129. τυροῦ τε καὶ κρομμύων] Qui est cibus militum. Intel- ligit autem per hæc bellum. BERG. κρομμύων R.

1131. πρὸς πῦρ διέλκων] Vid. ad Acharn. 751. Aristophanis fragm. 163. comparat Berglerus εἰ γάρ ποτ' ἔμοι παυσαμένῳ τοῦ πολέμου γένοιτο σκάψαι κάποκλάσαι τε καὶ λουσαμένῳ διελκύσαι τῆς τρυγός. Id est certare potando.

1131. — 1135. Hæc in pentametrum et heptametrum sunt dividenda pariterque in antistropho.

1132. ἐταίρων B.C.R.V. ἐτέρων Ald.

ἐκκέας R.V. οὐκ ἐάσω B. οὐκ ἐās Ald. Hesychius ἐκκέας (codex ἐκκαίας): ἐκκαύσας.

1135. ἐκπεπρισμένα R.V. Quod aut glossema alius vocabuli est aut inventum librarii lacunam explentis. Vulgo ἐκπεπεισμένα, cui verbo hic locus non magis est quam verbis ἐκπιάζειν et ἐκπιαίνειν.

1138. κυνῶν C.R.V. Vulgo κινῶν.

1140. ἐσθ' C.R.V. Vulgo ἐστιν.

1141. ἐπιψακάζειν R.V. Vulgo ἐπιψεκάζειν.

1142. τί] τί δ' ἂν B.

τηνικαῦτα Bentleius. Libri τηνικάδε.

1143. τοῦ θεοῦ δρῶντος καλῶς] Conf. v. 1157.

1144. ἄφευε, adscriptum in V, habet Suidas in ἄφενε. Vulgo ἄφανε. ἄφеле Suidas in φάσηλις. ἄφανσον varia lectio scholiastæ, ἀντὶ τοῦ ζέσον. Sed codex Venetus ἄφανσε, id est ἄφανε. Itaque scholiasta quoque ἄφενε legit.

1146. κ' additum ex R.V.

1147. οἰναρίζειν] Scholiasta, τινὲς δὲ γράφουσιν ἀμπελουργεῖν, οὐκ ὀρθῶς.

1148. παρδακὸν] πόρδακον posuit Strabo sive ex libro suo sive memoriæ errore 13. p. 619. ubi de vocabulis agit qui aliquam cum πορδῆ similitudinem habent, καὶ τὸ Σιμωνίδου, σὺν πορδάκοισιν ἐκπεσόντες εἴμασιν, ἀντὶ τοῦ διαβρόχοις. καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ πον κωμῳδίᾳ, πόρδακον τὸ χωρίον, τὸ λιμνάζον. De quo dicemus annotatione ad scholia.

1149. κάξ ἐμοῦ] E domo mea. BERG.

1150. πῶς] ποῖος R, hoc est πῶος, quo accentu scriptum in Etym. M. p. 697, 2. Recte πῶος Herodianus apud scholiastam, Suidas in h. v. et Eustathius p. 1626, 5.

1152. κἀκυδοιδόπα] καὶ κυδοιδόπα R.

1154. τ' additum ex R.V.

1155. τῆς αὐτῆς ὁδοῦ] Sic Nicostratus apud Athen. 13. p. 587. BERG.

1158. τάρωματα] τάροματα Ald. De utraque forma vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 227.

1159. ἦνικ' ἂν δ' Hermannus Elem. doctr. metr. p. 204. ἦνικά δ' ἂν R.V. Vulgo ἦνικ' ἂν. Conf. v. 1179.

1166. φήληχ' — οἰδάνοντ'] Qui οἶδαφ dicitur. Vid. Suidam in οἶδακες.

οἰδάνοντ' Bentleius. Libri οἰδαίνοντ'. Conf. Porson. ad Eurip. Phoen. 1398.

1168. κἀπέχω pro καὶ ἐπέχω, quod schol. exponit τῷ στόματι προσάγω, οὐκ ἀδμοσεο, citatque locum Homeri Il. ι, 485. ὄφου ἄσαιμι προταμῶν καὶ οἶνον ἐπισχῶν. BERG.

1173. τρεῖς λόφους] In Acharn. 964. πάλλει κραδαίνων τρεῖς κατασκίους λόφους. BERG.

φοινικὶδ' ὀξεῖαν πάνν] Berglerus vertit : *rubram galeam acutam admodum*. φοινικὶς nunquam *galeam* significavit. Vide Pl. 731. 735. ubi Pluti caput galea non erat involutus. Neque Periclidas Lacon, quum ad aram sederet ὠχρὸς ἐν φοινικίδι, (Lys. 1140.) *galeam* habebat in capite. φοινικὶς hic, ut in *Lysistratæ* loco, militare sagum, seu chlamydem significat, quæ plerumque apud alias gentes, apud Lacedæmonios semper, punicea erat. ὀξεῖαν autem neutiquam significat *acutam*. Ad colorem refertur, vividumque, saturum et intentiorem notat. Vide Salmasium ad Hist. Aug. p. 398. BRUNCK. Hinc explicandum quod v. 303. dixit κακῶν φοινικικῶν. Ceterum interpretatio illa de galea non a Berglero est inventa, sed jam a grammaticis quibusdam probata, ut ex scholiastæ annotatione cognoscitur.

1174. Σαρδιανικὸν] σαρδανιακόν R. Conf. ad Acharn. 112.

1175. δέ που δέη] δέη δέ που V.

1176. βάμμα Κυζικηνικόν] Scholiasta, *τουτέστι κατασχημονεῖ*. οἱ γὰρ Κυζικηνοὶ ἐπὶ δειλία καὶ θηλότητι ἐκωμῶδοῦντο. Conf. Hesychium, Etym. M. et Suidam in βάμμα Κυζικηνόν.

1177. ξουθὸς ἱππαλεκτρῶν] Vid. ad Ran. 932.

1179. ἡνίκ' ἂν δ' R.V. Vulgo ἡνίκα δ' ἂν. Conf. v. 1159. Sic ἡνίκ' ἂν γάρ. Nub. 1124. De qua collocatione particularum diximus in Thesouro Stephani s. v. γάρ et δέ.

1180. ἐγγράφοντες] Hanc rem tangit etiam in Eq. 1369. ἔπειθ' ὁ πολίτης [ὀπλίτης] ἐντεθεὶς ἐν καταλόγῳ οὐδεὶς κατὰ σπουδὰς μεταγραφῆσεται, ἀλλ' ὥσπερ ἦν τὸ πρῶτον, ἐγγεγράφεται. ἄνω, κάτω *susque deque, temere*. In Eq. 862. BERG.

1181. δ' R.V. Vulgo γ'.

1183. ἀνδριάντα τὸν Πανδίοδος] Scholia : *Una est ex duodecim columnis, in quibus militum nomina scribebantur et edicta. Vidit igitur, inquit, suum ipsius nomen inscriptum columnæ*

Pandionis. Istæ columnæ dicebantur ἀνδριάντες τῶν ἐπώνυμων, et aliquando simpliciter οἱ ἐπώνυμοι. BERG.

1184. θεὶ τῷ κακῷ R.V. ἔθει κακὸν B. ἔθει τὸ κακὸν Ald.

1185. ἄστειος] ἄστεος V.

1186. κἀνδράσι] κἀνδράσι Ald.

1188. γὰρ δὴ] μὲν γάρ R.

1189. ὄντες οἴκοι μὲν λέοντες, ἐν μάχῃ δ' ἀλώπεκες] Scholia : *proverbium de illis Laconibus, qui in Asia rem infeliciter gesserunt: domi leones, in Epheso Lacones.* Alciphro 2, 1. καὶ μάλιστα οἱ μισητοὶ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκῶσιν ἄνδρες εἶναι οἱ ἐν Ἐφέσῳ ἀλώπεκες. BERG. Hoc proverbium orationi suæ accommodavit Plutarchus Vit. p. 476 e. ἀλλ' εἰ δὴ τις ἄλλος ἐκπεφευγὼς τουτὶ τὸ περιάκτον, οἴκοι λέοντες, ἐν ὑπαίθρῳ δ' ἀλώπεκες.

1193. ταυτη] Scholiasta, περικεφαλαίαν δίδωσιν, ἵνα τοῖς λόφοις ἀπομάτῃ τὴν τράπεζαν.

1195. ἐπέσφερε] ἐπέισφερε vulgo. ἐπισφόρει Γ. ἐπισφόρει R. ἐπιφόρει Dobræus, recte, ut videtur.

τοὺς R.V. Vulgo τὰς.

1201. δαρχμῶν] Libri δραχμῶν. Vid. ad Vesp. 691.

δραχμῶν ἐμπολῶ] γρ. δραχμαῖς κερδαίνω V.

1202. ὀδί] οἶδι R.

ἐς R.V. hic et 1206. Vulgo εἰς.

1204. προῖκα καὶ B.C.R.V. Vulgo προῖκα γάρ.

ταυτὶ] ταῦτα R.

1205. γὰρ ἀπεδόμεσθα] γ' ἄρ' ἀπεδόμεθα Ald.

κἀκερδάναμεν R.V. Vulgo κἀκερδαίνομεν.

1210. οἴμ' ὡς] οἴμοι ὡς R.

1216. σφήκωμ' ἔχει πόνον πολλὸν] Brunckius numeris melioribus σφήκωμα πολλὸν ἔχει πόνον.

1217. αὐτοῖν B. αὐτὸν C. αὐτῶν R.V. Ald.

1221. ἀπὸ R.V. Legebatur ἐκ. Eadem scripturæ diversitas Nub. 1296.

1224. θώρακος] θῶρηκος R. Idem liber τρηχὺν pro τραχὺν v. 1086.

1225. ἐνημμένῳ] Ab ἐνάπτομαι, *induo*. Videtur autem lorice superinductum, aut intus subductum fuisse corium. BERG. ἐνημμένως R.

1226. ποιήσει] ποιήση V. ποιήσω R.

1230. παραθέντι τρεῖς λίθους] Lapillis usos fuisse veteres ab-

stergendis natibus, postquam alvum exonerassent, ostendit etiam hic Pluti locus, v. 817.

ἀποψόμεσθα δ' οὐ λίθοις ἔτι,
ἀλλὰ σκοροδίλοις ὑπὸ τρυφῆς ἐκάστοτε.

Proverbium ad hunc locum profert scholiastes :

τρῆς εἰσὶν ἱκανοὶ πρωκτὸν ἐκμάξαι λίθοι,
ἂν ᾧσι τραχεῖς· ἂν δὲ λείοι, τέτταρες. BRUNCK.

1232. *θαλαμίαι ὄπαί* vocabantur in inferiore navi foramina, per quæ exserebantur remi. *θαλαμίας* autem per jocum appellat thoracis laterum aperturas, per quas exseruntur brachia, occasionem captans Trierarchorum avaritiam perstringendi, qui navium aliquot foramina obturare solebant, ut remigum stipendia lucrifacerent. BRUNCK. *θαλαμίας* Brunckius. Conf. ad Acharn. 553.

1233. *καὶ τῆδ']* Duæ tantum illæ vocolæ Trygæo tribuendæ erant: sermonem ejus abrumpit loricarius, quærens: ἄμ' ἀμφῶν δῆτ'; Vulgo vocola ἄμ' Trygæo male continuatur. BRUNCK.

1237. *χιλιῶν R.* Vulgo *χιλίων*. *χιλίων δραχμῶν* legitur in Acharn. 1055. ubi Ravennas *μυρίων δραχμῶν*. Suidas, *χιλιῶν δραχμῶν: οὕτως οἱ Ἀττικοὶ περισπῶσιν*. Equit. 660. *κατὰ χιλιῶν παρήνεσα*. ubi scholiasta, τὸ δὲ χιλιῶν περισπῶσι. Joannes Alex. *τονικ. παραγγ. p. 18, 6. τὸ χιλιῶν φασι παρ' Ἀθηναίοις παραλόγως περισπᾶσθαι*. Idem de genitivis *χιλιαδῶν* et *μυριαδῶν* docet Arcadius p. 136, 4.

1240. *τί δ' ἄρα (ἄρα Ald.)] τί δ' ἔγωγ' ἄρα B.*

1242. 1246. *μόλυβδον B.R.V.Γ.* Vulgo *μόλιβδον*.

1244. *κατακτῶν κοττάβων]* Quid hoc nomine intelligendum sit, præter schol. docent Athenæus initio l. 15. Pollux 6, 109. et Meursius in Græcia ludibunda voce *κοτταβισμός*. BRUNCK.

1247. *σπαρτίον] σπαρτίον* dicitur in ansa trutinæ ab Aristot. Quæst. mechan. c. 2. SCHNEIDER. ad Theophrast. vol. 3. p. 22.

1248. *καὐτό Bentleius.* Libri *καὐτός*.

1249. *ἰσάναι] ἑσάναι R.* Conf. ad Eq. 268.

1250. *ὧς μ' ἀπόλεσας, ut me perdidisti!* Male vulgo *ὄς* — Sic Nub. 1265. *ὦ Παλλὰς, ὧς μ' ἀπόλεσας*. BRUNCK.

1251. *ἀντέδωκά γ'] ἀντέδωκ' R.V.*

1254. *συρμαίαν]* Quia Ægyptii sæpe *symmæa* utuntur ad purgationem alvi, ut testatur Herodotus 2, 125. Hinc etiam

comicus Thesm. 864. vocat eos *μελανοσυρμαῖον λεών*. BERG.
συρμαῖαν R.

1255. ΔΟΡ.] ^{γγ} *σαλπι* R.

οἴμ' B.R. Vulgo *οἴμοι*.

1257. *ἔτ' ἐστὶ*] *ἔνεστι* R. *ἔνεστι* (γρ. *ἔτ' ἐστὶ*) V.

τοῖσι] *τοῖς* R.

1258. *μάθη*] *μάθης* R.V.

1260. γ' additum ex R.V. Nub. 688. *οὐδαμῶς γ'*, ἐπεὶ — .

1261. γ' om. R.

1263. *τῆς δραχμῆς*] *τρεῖς δραχμάς* R.

1265 *παιδ'* R.V. Vulgo *παιδία γ'*.

1270. In Aldina hic et in sequentibus versibus præscriptum ΠΑΙ., in R. *παῖδες*. *Παῖς Λαμάχου* et *Παῖς Κλεωνύμου* Brunckius.

1270. Scholia Latine conversa : Duos sistit pueros cantantes, ut occasionem habeat perstringendi horum patres, alterum tanquam patrem bello deditum, alterum tamquam timidum quive clypeum abjecerit. Primo ita fecit cantantem bello dediti filium. Et videsis, quam congruas res illi tribuerit. BERG.

1270. Initium est versus iste

νῦν αὖθ' ὀπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα, Μοῦσαι,

Epigonorum, non, ut ait scholiastes, Antimachi; sed longe antiquioris poetæ, Homeri scilicet ipsius, vel saltem Homericidarum alicujus. Antimachus Colophonius, quem Platone priorem ætate fuisse ait Suidas, *Thebaidem* fecit, quæ si Athenis, quum comicus noster fabulas suas docebat, nota fuit, non tamen ita erat pervulgata, et tanti habita, ut eam pueri etiam discerent. *Epigonorum* vero quisquis fuerit auctor, ex Herodoto constat antiquissimum fuisse. Bene autem poeta ille secundi belli Thebani duces, eorum, qui in priore bello occubuerant, filios, *ὀπλοτέρους* appellat, eo sensu, quo nomen istud apud Homerum occurrit frequentissime, id est *νέους καὶ ὄπλα αἰρεῖν δυναμένους*. Quia vero ab *armis*, *ὄπλοις*, ducta est vox illa, eam Trygæus abominatur. Scholiastes: *παρὰ τὸ ὄπλον παίζει*. Facetum hoc est et comicum. Frustra Dawesius optimam lectionem sollicitat, reponendumque statuit *ὀπλοφόρων* et *ὀπλοφόρους*, quod, ut mollissime dicam, nimis quam frigidum est. Sane antiquus poematis auctor, ex quo hic versus desumptus

est, Epigonorum historiam exordians, *ὄπλοφόρων* eos non indigetasset nomine, quo nec a prioribus ducibus, qui etiam *ὄπλοφόροι* erant, nec a quibusvis aliis bellatoribus distincti fuissent. Versum illum tanquam ex Homeri *Epigoniis* profert auctor certaminis Homeri et Hesiodi, edit. Th. Robinson p. 243. BRUNCK.

1272. *εἰρήνης γ'] γ'* delet Brunckius.

1273. Versus, quos cantat puer, sunt omnes ex Homero expressi. In Iliad. δ. legitur v. 446.

οἱ δ', ὅτε δὴ ῥ' ἐς χῶρον ἕνα ξυνιόντες ἕκοντο,
 σύν ῥ' ἔβαλον ῥινούς, σύν δ' ἔγχεα καὶ μένε' ἀνδρῶν
 χαλκεοθωρήκων· ἀτὰρ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι
 ἔπληντ' ἀλλήλησι, πολλὸς δ' ὄρυμαγδὸς ὀρώρει.

Hi versus totidem verbis repetuntur Iliad. θ, 60. BRUNCK.

1274. *σύν ῥ'] σύρρ' Γ.*

1275. *μεμνημένον]* Legebatur *μεμνημένος.*

ἀσπίδος] ἀσπίδας V.

1276. *Ἐνθα δ']* Legebatur *Ἐνθάδ'.*

1277. *κλαύσει* Brunckius. Vulgo *κλαυσεῖ.* Conf. ad Acharn.

203.

1281. *πάσασθαι* B.R. *μάσασθαι* Ald. *μασᾶσθαι* V.

1282. *ἔκλονον]* Id est *ἐξέλονον.* BERG.

1284. *κᾶτ' ἦσθιον]* *κατήσθιον* C. Ald.

1286. *θωρήσονται]* Acumen est in ambiguo sensu verbi *θωρήσασθαι*, significantis *armari*, *thoracem induere*, *καθοπλίσασθαι*, et *inebriari*, *ἐμπίπασθαι οἶνον.* Vide Etymol. M. p. 460. Ex hac ambiguitate petitus lepidus jocus in Ach. 1135. ubi quum Lamachus sibi thoracem afferri jussisset, dixissetque :

ἐν τῷδε πρὸς τοὺς πολεμίους θωρήξομαι.

congiūm Dicæopolis sibi dari jubet, aitque :

ἐν τῷδε πρὸς τοὺς ξυμπότας θωρήξομαι.

Hic vero puer quum dixisset heroas facto edendi fine, *θωρήξασθαι*, intelligit Trygæus majoribus eos sese poculis invitasse, ideoque addit *ἄσμενοι, οἶμαι.* BRUNCK. *θωρήσονται* R.

1292. *θαύμαζον]* *θαύμαζου* Ald.

μὴ εἶης V. *μὴ εἰς* R. *μὴ ἦς* Ald. *μὴ ἦσθα* B.

1293. *κλαυσιμάχου]* *κλασιμάχου* R.

1295. τὸ om. Ald.

1297. *ᾄσει* Daŵesius. Vulgo *ᾄσεις.*

γὰρ εἶ] εἶ γὰρ R.

1298. 1299. Archilochi distichum, de quo vid. schol.

1299. ἔντος] ἐντὸς Ald.

1300. πόσθων] Vid. ad Thesm. 291.

ἐς] εἰς libri.

1301. usque ad finem fabulæ om. B.Γ.

1301. ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα] Initium est sequentis Archilochi distichi :

ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα φυγών. ἀλλ' ἀσπίς ἐκέλευη
ἐρρέτω, ἧς αὐτίς κτήσομαι οὐ κακίω.

Apud Sextum p. 181. edit. Fabricii aliter legitur hexametri initium :

αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος. ἀσπίς — BRUNCK.

δὲ R.V. ᾗ^ε C. γε Ald.

τοκῆας R.V. Vulgo τοκῆων.

1306. φλᾶν de esu etiam in Plut. 694. κἀγὼ τότε ἦδη τῆς ἀθά-
ρης πολλὴν ἔφλων. Alibi junxit φλᾶν et σποδεῖν, sed non de
esu, nempe Nub. 1380. κἀπειτ' ἔφλα με κἀσπόδει. BERG.

καὶ μὴ κενὰς παρέλκειν] Subauditur γνώθους aut σιαγόνας, ut
sit sensus, qualis est in isto Alexidis loco ap. Athen. 14. p. 642.
ὁ πρῶτος εὐρὼν κομφὸς ἦν τραγήματα· τοῦ συμποσίου γὰρ διατρι-
βὴν ἐξεύρέ πως, κἀργούς ἔχειν μηδεπώποτε [μηδέποτε] τὰς σιαγόν-
νας. Videtur autem proverbiale fuisse κενὰς παρέλκειν, quo
alludere videtur Antiphanes ap. Athen. 10. p. 446. qui ex
contrario dixit : πίθι οὖν, ᾧ ἑταῖρε, καὶ μὴ μεστὰς ἀεὶ ἔλκωμεν,
ubi subauditur κύλικας, hoc sensu : bibe igitur, amice, et ne
plenos semper calices trahamus. BERG.

1309. σμώχετ' C.R.V. et Suidas in h. v. Vulgo σμήχετ'.
Vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 254.

ταῖν] τοῖν R.V.

οὐδὲν] οὐδὲ Ald.

1310. ἔστ' Brunckius. ἐστὶν libri.

μασῶνται] μασσῶνται V. λ

1312. ἐμβάλλεσθε] ἐμβάλεσθε V.

1316. et sequentes Trygæo continuat Ald.

1317. ξυγχαίρειν Brunckius. Revocandum συγχαίρειν.

κἀπιχορεύειν V. Legebatur κἀπικελεύειν.

1318. ἐς] εἰς libri.

ννὶ Kusteri editio. νὼν R, Ald. om. V.

1320. *κάπευξαμένους* R.V. *γρ. κάπειτ' εὐξαμένους* V. *κάπειτ' ἐπευξαμένους* Ald.

θεοῖσι V. Vulgo *θεοῖς*.

1322. Antiatticista in Bekkeri Anecd. p. 111, 20. *πολλὰς ποιεῖν κριθάς*: ἀντὶ τοῦ *πολλὰς γεωργεῖν κριθάς. καὶ πολλὸν οἶνον ποιεῖν*.

1328. *τ'* R.V. Vulgo *δ'*.

1331. Post *κατακείσει* *legebatur* Ὑμῶν Ὑμέναι' ᾧ | Ὑμῶν Ὑμέναι' ᾧ. In R.V. *ἤμιχ. ὕμῶν* (ᾧ addit V.) *ὕμέναι' ᾧ*.

1332. XOP.] ἄλλο, R.

1340. *προτεταγμένοι* Bentleius. Libri *προστεταγμένοι*. Quod *sequebatur* in libris editis *οἱ χορευταὶ ἀναλαβόντες*, om. R.V, inter lineas scriptum habet C.

1344. — 1348. choro in libris adscriptos Trygæo tribuit Dawesius. 1344 — 1357. choro tribuit Ald.

1351. *γ'* R.V. Vulgo *γούν*.

1355. 1356. *accesserunt* ex R.V. Versui 1355. in V. *præscriptum* *τρῦγ. πρὸς τοὺς θεατάς*. Sed ultimi versus 1355—1357. choro potius tribuendi videntur.

1356. *κὰν*] *κῆν* V.

A V E S.

ACTA hæc fabula est Dionysiis urbanis archonte Chabria olymp. 91, 2. Primæ partes fuerunt Philonidis.

1. Graculum alloquitur, quem gerebat, sic ut alter cornicem; ut ambo ex istis avibus discerent, ubi sit Epops, ad quem quærendum et consulendum iter ingressi fuerant: sed non *bonis avibus*, ut ipsi putant; nam frustra oberrantes diu eum quæsiverunt. BERG.

Personæ huic versui præfixæ in A. nomen plene scriptum est *Εὐελπίδης*, recte: infra 645. nominatur *Εὐελπίδης Θριήθεν [Κριῶθεν]*. E compendio scripturæ orta est nominis depravatio, quam exhibent edd. omnes, *Εὐελπιδίς*. Sic majoribus literis scriptum in B. Sed ultimæ syllabæ superscriptum ΔΗ. Graculum, quem tenet, alloquitur Euelpides. BRUNCK.

2. ΠΕΙΣΘΕΤΑΙΡΟΣ] Semper legendum puto ΠΕΙΣΘΕΤΑΙΡΟΣ sine Θ, ut Πείσανδρος Πεισίστρατος, vel saltem Πισθέταιρος. Sed quum ἡγεμονικὸς omnino sit ille, magis convenit nomen ei dare ὡς πείθονται τοὺς ἑταίρους quam ut πιστῶ ἑταίρω. DOBRÆUS. Nihil horum verum videtur, sed scribendum potius Πειθέταιρος. Πεισθεταίρου nomen quinques in hac fabula legitur, v. 644. 1046. 1123. 1271. 1495.

4. προφορομένω] Recte scholiasta, δέυρο κάκεῖσε πορευόμενοι εἰς τὰναντία. Xenophon de venat. 6, 15. προφορούμεναι (αἱ κύνες) παρὰ τὰ αὐτά. ubi vid. Schneider.

9. οὐδ' ὄπου Dawesius p. 287. (514. Kidd.) οὐδὲ ποῖ vulgo. οὐδὲ πῆ A. Δ. οὐδὲ ποῦ B. C.

11. οὐδ' ἂν μὰ Δία γ'] De γε particula cum formula iurijurandi conjuncta dixi in Thesaurο Stephani vol. 2. p. 537. οὐδ' ἂν μὰ Δί' ἐντεῦθεν γ' ἂν Ἐξηκεστίδης Porsonus, probabiliter, ut v. 22. οὐδὲ μὰ Δί' ἐνταῦθα γ' ἀτραπὸς οὐδαμῶ.

Ἐξηκεστίδης] Hunc tamquam servum et barbarum notat infra 765. δοῦλός ἐστι καὶ Κὰρ ὡσπερ Ἐξηκεστίδης et 1525. βάρβαροι ὅθεν ὁ πατρῷός ἐστιν Ἐξηκεστίδης. Hic autem tamquam planum et erronem atque ἀνέστιον. BERG.

12. ταύτην] Ubi οἴμοι clamandum est.

13. οὐκ τῶν ὀρνέων] Ille ab aviario foro. Sic οὐκ τῶν λύχνων Nub. 1065.

14. ὁ πινακοπώλης] Hesych. πινακοπώλης : ὀρνιθοπώλης. τίλλοντες γὰρ αὐτὰ καὶ τιθέντες ἐπὶ πίνακος ἐπώλουν τὰ λεπτὰ ὄρμαθίζοντες. Ad quam glossam vide interpretem. BRUNCK.

Φιλοκράτης] De isto infra 1077. exstat edictum avium, quæ jam in rempubl. coaluerunt : ἦν ἀποκτείνῃ τις ἡμῶν Φιλοκράτη etc. BERG.

15. νῶν] νὼ R.

16. ἐκ τῶν ὀρνέων] Scholia : παρ' ὑπόνοιαν ἔδει γὰρ ἐκ τῶν ἀνθρώπων. Vid. ad 102. Quum autem præterea scholiastæ hic multa dicant, nihil afferunt, quod mihi placeat. Videtur autem voce ὄρνεα metaphor. significare homines *superbos*, aut *leves et inconstantes* ; hoc sensu : ex homine superbo, aut levi et inconstante, factus est ales superbus, aut levis et inconstans. Ita voc. εὐπτερος usurpavit Nub. 798. ἐκ γυναικῶν εὐπτέρων, ubi schol. inter alia : ἀντὶ τοῦ εὐγενῶν, ἢ κούφων, ὧν ὁ λογισμὸς ἵπταται ἢ τῶν μετεώρων καὶ ὑπερηφάνων ἢ μεταφορὰ ἐκ τῶν ὀρνέων. BERG.

18. τήνδε δι B. τὴν δὲ δι A.R.V. τήνδε δι C. τήνδε δι Ald. Vid. ad Eq. 1357.

19. τὼ δ'] τῶδ' Ald.

ἦστην] ἦστιν R. ἐστὸν B.Δ. Etymol. M. p. 438. extrema : ἦσμεν. ἰστέον ὅτι ἀπὸ τοῦ ἦδειν, ἦδεις, ἦδει, τὸ δυϊκόν, ἦδειτον, ἦδέϊτην καὶ κατὰ συγκοπὴν τῆς εἰ διφθόγγου, καὶ τροπῆ τοῦ δ εἰς σ, γίνεται ἦστην οἶον, τὸ δ' ἄρ' οὐδὲν ἦστην ἄλλο πλὴν δακνεῖν. Inde depravata est altera lectio, cujus meminit schol. ἴστην. ἦστην et ἴστην apud Suidam in ἦστην. Cum ἦστην comparari potest Ran. 227. οὐδὲν γάρ ἐστ' ἄλλ' ἢ κοάξ. Sed Avium versui melius convenire videtur ἦστην. Aves illas viam scire opinati erant Euelpides et Pisthetærus.

23. ἦδ', id est ἦ δ' R. ἦδ' (γρ. καὶ οὐδ') Γ. Legebatur οὐδ', quam correctionem grammatici esse, in antiquis autem libris ἦδη repertum fuisse, ex scholiastæ annotatione colligi potest, ὡς

ἤδη φθεγξαμένης αὐτῆς. δύναται καὶ ἐρωτηματικῶς καὶ ἀποφαντικῶς. τινὲς γράφουσιν, οὐδὲ ἡ κορώνη.

τι λέγει] Photius p. 588, 13. τίξειν: τί λέγειν. οὕτως Ἀριστοφάνης. Quæ glossa ex hoc loco petita videtur.

24. ταῦτὰ — Δ[α] ταῦτα — δι' ἃ R. Post οὐ male interpungit Δ. et Ald.

31. Σάκῃ] Ita vocabatur Acestor, poeta tragicus. De quo vid. schol. et Vesp. 1221.

32. εἰσβιάζεται] Scribendum ἐσβιάζεται.

38. ἐναποτίσαι χρήματα] Ita dixit παρ' ὑπόνοιαν, ut ait schol., pro ἐμβιοῦν aut ἐνοικεῖν ad vivendum in ea, aut habitandum: ut perstringat τὸ φιλόδικον Atheniensium, et quod multi propter sycophantas bona sua perdant. BERG.

40. ἄδουσ'] Vulgo ἄδουσιν.

Ἀθηναῖοι — ἄδουσι om. R.

43. Schol. τὰ πρὸς θυσίαν κομίζουσι, ἵνα οἰκίσαντες ἐν τῇ ἰδρύσει θύσωσι. Veru etiam ferebant, ut apparet infra 359. quæ omnia coguntur in usum armorum convertere. Quod autem hic κανοῦν vocat, ibi 361. et 388. τρυβλίον. BERG.

ἔχουτε] ἔχουτες R.

44. ζητοῦντε] ζητοῦντες R.V.Γ.Δ.

45. ὄπου lemma scholii. Legebatur ὄποι. ὄπη B.Δ.

καθιδρυθέντε] καθιδρυνθέντε R.V.

46. παρὰ] πρὸς A.

47. δεομένων codex Vaticanus Kusteri. δεομένων δεομένω Δ. δεομένω codices reliqui et Ald. δεομένω Scaliger.

48. εἶδε] οἶδε A. et Ald.

53. ἦν] Scribebatur ἄν.

58. σ' Beckius. Legebatur γ', quod om. R.V.Γ.

ἐποποιῖ] Vid. ad v. 227.

59. om. R.

τοι A.V. τι C. Ald. ἔτι B.Δ.

60. ΤΡΟΧ.] θεράπων ἔπος R.V, et deinceps θεράπων.

61. ΕΤΕΛ.] πεισῖ R.

62. τουτῶ] τῶδε Δ.

63. οὕτως τι A.V. et scholiasta. Legebatur οὕτω ὅστι. οὕτ' ὡστι R. Sophocles Philoct. 104. οὕτως ἔχει τι δεινὸν ἰσχύος θράσος;

65. ὑποδεδιῶς] Finxit nomen avis, ut ait schol, a δεδιέναι

timere; quasi dicas: *subtimidus, subtrepidus*. Addidit autem Λιβυκὸν ὄρνεον, ut videatur avis peregrina et vulgo ignota faciliusque lateat mendacium. BERG.

66. ἐροῦ τὰ πρὸς ποδῶν] *Roga illa quæ vides in cruribus meis*: quæ testabuntur me esse avem timidam: λέγει δὲ ὡς ὑπὸ τοῦ δέουσι ἐναφεικῶς, ut ait schol.; nempe ut merda per crura defluerit. Sic Ran. 476. Bacchus præ nimio terrore ἐγκέχοδεν. Simul autem eo respicit, quod qui aliam formam induunt, pedes tamen occultare vix possunt, quasi dicat: *certe quod ad pedes attinet, avis videbor*, quamvis humanam formam induerim. Sic τὰ πρὸς ποδῶν sunt *ipsi pedes*, ut et schol. sentit, qui exponit πυνθάνου τῶν ποδῶν. Sic de Cecrope in draconem desinente et loco pedum serpentis volumina habente, Vesp. 436. ὦ Κέκροψ ἦρος ἀναξ, τὰ πρὸς ποδῶν Δρακοντίδῃ. BERG.

68. ἐπικεχοδῶς φασιανικός] Scholia: καὶ τοῦτο ὡς ὄρνιθος ἔπαιξε, παρὰ τὸ φαίνεσθαι αὐτοῦ τὸ σκῶρ. Est autem ἐπικεχοδῶς *qui insuper etiam cacavit* præ timore, nempe, ut prior ille. Vox autem φασιανικός hic triplici respectu dicitur: primo παρὰ τὸ φαίνεσθαι αὐτοῦ τὸ σκῶρ, ut dicebat schol.; deinde παρὰ τὸ φαίνειν, τὸ συκοφαντεῖν nam Athenis, unde isti veniebant, plurimi sunt sycophantæ: deinde et a Phasi fluvio: noti autem sunt *phasiani* inter aves. V. Athen. 9. p. 386. BERG. Futilia hæc sunt commenta scholiastarum. Phasianicum se esse ait, quemadmodum alter Libycum, ut peregrinus videatur et e longinquo advenisse. φασιανός V.

69. ἀτὰρ R. Vulgo ἀλλά.

72. ἠῦξάτο] Vulgo εὔξάτο.

73. ἔχη] ἔχοι B. Δ.

75. γ' ἄτ' R. γ' V. γὰρ ἄτ' B. et Vaticanus. γὰρ Ald.

77. ἐγὼ λαβῶν] λαβῶν ἐγὼ R.

τρυβλίον] Brunckius. τρύβλιον libri.

78. τορύνης] τε τορύνης A. B. Δ. Quod librarii posuerunt, τορύνης pro anapæsto habentes.

84. οὔνεκ' Brunckius. Libri εἴνεκ'.

ἐπεγερω] ἐπεγείρω R.

86. μ' accusativus est, non dativus.

87. θηρίον] θηρίων C. R. minus bene. Plut. 439. ὦ δειλότατον σὺ θηρίον, οὐ παραμενεῖς.

90. ἀπέπτατο] ἀνέπτατο A.

91. ἀρ'] ἄρ' Ald.

92. τὴν ὕλην pro τὴν θύραν, tanquam avis. BERG.

93. θηρίον] τὸ θηρίον R.V. et Vaticanus.

95. οἱ δώδεκα θεοὶ . . . abruptus est sermo. Hæc Epopi dicit Euelpides, additurus, ut videtur, πάντα σοι δοῖεν ἀγαθὰ, vel simile quid. Sed avertit se, et secum, ita ut ab Epope non exaudiatur, pergit εἴξασιν ἐπιτρῦψαί σε. BRUNCK.

97. ὄρωντε] ὄρωντες R.

ἦ] Legebatur ἦν. Chæroboscus in Bekkeri Anecd. p. 1379. ἦ ἀντὶ τοῦ ὑπὴρχον, ὡς παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Ὀρνισιν, ἦ γὰρ ἐγὼ ξένος ἀνθρώπος. καὶ παρὰ Πλάτωνι ἡ χρῆσις εὔρηται. Hanc formam ubique vel e libris vel ex conjectura restitui, exceptis tribus locis Pluti, mediæ comœdiæ fabulæ, de quibus dixi ad versum illius 29.

100. Σοφοκλέης] Sophoclem perstringit, qui in *Tereo* dramate regem illum introduxerat in avem conversum, quem eodem, quo in tragœdia, habitu ornatum exhibuisse videtur comicus. BERG. σοφοκλῆς A.B.R.V.Γ.Δ.

102. πότερον ὄρνις ἢ ταῶς; *utrum ales an pavo?* Lusus est in ambiguitate nominis ὄρνις, quod in genere *avem qualemcunque* significat, et speciatim *gallinaceum*. Quærit Euelpides, *utrum gallinaceus, an pavo?* Epops respondet: *ales equidem*, sed generali significatione. Latinis *ales*, ut Græcis ὄρνις, *avem* in genere, et speciatim *gallum* significat. Hoc autem quærit Euelpides, sive respiciens ad Epopis speciem et ornamentum, sive quia gallinaceorum et pavonum spectacula publice Athenis exhibebantur. Ideo ex utro harum avium genere sit percunctatur. Non placent scholiastarum interpretationes: εἴπαιξε, δέον εἰπεῖν ἀνθρώπος ἢ ταῶς. — ἦ εἴπαιξε τὸ γενικὸν εἰπῶν, εἶτα ἐπαγαγὼν τὸ εἰδικόν. Istiusmodi lusibus nihil frigidius. Aristophanis ætate rari erant admodum Athenis, magis adhuc in reliqua Græcia, pavones. Vide quæ Athenæus p. 397. ex Antiphontis oratione περὶ ταῶν inscripta excerpserit, unde discimus singulis noviluniis pavones populo spectandos Athenis exhibitos fuisse. Citatur eo in loco hic versus cum altero ex eadem hac fabula, ad confirmandum pronuntiandi morem, qui olim Athenis obtinuit, juxta quem ultima syllaba nominis ταῶς asperabatur, ita ut scribi oporteret ταῶς. Aspiratio in literam *v* mutata in Latino nomine *pavo*. BRUNCK.

105. τῶρνεα A. τὰ ὄρνεα R.V. τὰ ῥρνεα Ald.

108. Addidi δ'. Sic in Pac. 187. ποδαπὸς τὸ γένος δ' εἶ particula, quæ aberat, e libris melioribus addita.

109. μᾶλλὰ] μὴ ἀλλὰ vulgo. μ' ἀλλὰ (ἤγουν μὴ, οὐκ) Γ. μᾶλα R. μάλα A.V. et Suidas in ἡλιαστής. οὐκ ἄλλα B.Δ. οὐ μάλα C. De crasi μᾶλλά conf. Ran. 103. 745. et Porson. apud Kidd. ad Dawes. p. 356.

ἀλλὰ θατέρου τρόπου] Eurip. Med. 807. μηδεῖς με φαύλην κάσθενῆ νομιζέτω, Μῆδ' ἠσυχαίαν, ἀλλὰ θατέρου τρόπου (sed alius ingenii), Βαρεῖαν ἐχθροῖς καὶ φίλοισιν εὐμενῆ. BERG. γένους (γρ. τρόπου) V.

110. ἀπηλιαστά] Π manet, ut in ἀπηλιώτης. BERG.

εἰ μὴ τῶν ἐμῶν τὴν πεντακοσιοστὴν κατέθηκας τῇ πόλει] Locus hic procul dubio corruptus est, quod ostendit sententiæ absurditas. Quis enim unquam audivit de civitate quempiam bene mereri et honoris commodive aliquid præ aliis adipisci, quod de aliorum bonis in commune quicquam contulerit: immo de suis contulisse eum oportuit. Est igitur istud ἐμῶν librarii ineptiæ imputandum. Quid reponendum esset, non mihi succurreret; sed bona fortuna, postquam jam typis descripta erat hæc fabula, opem mihi et comico tulit vir ingenii et doctrinæ laudibus celebratissimus *Thomas Tyrwhitt*, cujus erga me benevolentiam et studium sæpe expertus sum. Is literis ad me datis ultro mecum conjecturam communicavit eo probabiliorum, quod lenissima medicina, ἐτῶν pro ἐμῶν scribendo, lepida et facetam comico sententiam reddit. BRUNCK. Recepti ἐτῶν.

1008. δεῖ γε μέντοι σ' ὡς Reisigius Conject. p. 295. δεῖ γε μέντοι ὡς R.Γ. δεῖ σε μέντοι γ' ὡς Ald.

1021. Προκρούστης] Faceta paronomasia e verbo προκρούειν, quod bis occurrit in superiore decreto. Fuit autem Προκρούστης latro, e Thesei historia notissimus. Vide Plutarchum in Theseo p. 9. edit. Bryani. Ovidius *Metam.* 7, 438. ubi egregia Thesei facinora recenset: Vidit et immitem Cephisias ora Procrusten. BRUNCK.

τήμερον] σήμερον Γ.

1022. πειστέον] πιστέον R.

1025. ὑπὲρ μέδιμνόν ἐστ' ἀνὴρ] Locum hunc bene explicat schol. vetus. Cui addendus est Harpocrat. qui in serie sua hæc habet: *ὅτι παιδὶ καὶ γυναικὶ οὐκ ἐξῆν συμβάλλειν πέρα μεδίμνον κριθῶν*. Ejusdem legis meminit Dio Chrys. p. 638 d. Vide etiam Suidam in *ὄτι* et Meursii *Lect. Att.* 2, 4. [et *Them. Attic.* 2, 9.] KUST. Isæum p. 259. ed. Reisk. addit Bergler.

1026. οὐ γὰρ δεῖ στροφῆς] In Pluto 1155. ἀλλ' οὐκ ἔργον ἐστ'

οὐδὲν στροφῶν. Sæpe autem in excusationibus ejusmodi utebantur fallaciis. BERG.

1027. ἔμπορος εἶναι σκήψομαι] Gemellus huic est locus ille in Pluto 905. Δι. ἀλλ' ἔμπορος. Σν. ναὶ σκήπτομαι γ', ὅταν τύχω. Vide ibi schol. vetera, quæ loco huic lucem afferunt. KUST.

κλάων γε σύ R. κλάγε σύ Γ. κλᾶε σύ vulgo. κλαύσεις γε σύ B.

1030. Hæc omnia quæ adolescens jubet anum apparare ad funerum ritus pertinent. Quibus ista minus nota sunt Kirchmannum adeant. BRUNCK.

τῆς ὀριγάνου] ὀριγάνου feminino genere dictam ex h. l. annotavit Etym. M. p. 630, 49. Conf. Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 56, 28.

1032. τὰς ληκύθους] Vid. ad v. 996.

1033. ὕδατος — τοῦστρακον] Sciendum est ante fores funestiarum ædium olim poni solitum fuisse vas fictile, aqua lustrali plenum, qua quisque ex ædibus illis exiens, purificationis gratia sese aspergebat. Vas illud appellabatur ὄστρακον, ut non solum ex loco hoc comici, sed etiam aliis scriptoribus constat. Pollux 8, 65. οἱ ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ πενθοῦντος ἀφικνούμενοι, ἐξιόντες ἐκαθαίροντο ὕδατι περιρραϊνόμενοι. τὸ δὲ προὔκειτο ἐν ἀγγεῖῳ κεραμέῳ, ἐξ ἄλλης οἰκίας κεκομισμένον. τὸ δὲ ὄστρακον ἐκαλεῖτο, καὶ ἀρδάνιον. Notet hic lector, vas illud aquæ lustralis etiam vocatum fuisse ἀρδάνιον: quod testatur quoque Hesychius v. ἀρδανίαί, et Suidas v. ἀρδάνιον. Idem Hesychius nos docet, vas illud etiam dictum fuisse πηγαῖον. Πηγαῖον, inquit, τὸ ὄστρακον, ὃ καὶ ἀρδάνιον ὁμοίως λέγεται. Videtur nimirum respexisse ad locum illum Eurip. Alc. 98.

πυλῶν πάροιθεν δ' οὐχ ὀρῶ

πηγαῖον, ὡς νομίζεται

γε, χέρνυβ' ἐπὶ φθιτῶν πύλαις.

Vide nos etiam ad Suidam v. τοῦστρακον. KUST.

1034. στεφάνην recte Kusterus accipit de corona, quæ mortuis imponebatur: vide supra v. 539. Notissimus est hic funerum ritus. At in iis quis fuerit *cribri* usus, nescio an quispian tradiderit. Nec tamen idcirco depravata esse Græculi verba crediderim. Vocī στεφάνην notam adposuit εἶδος κοσκίνου, quia meminerat illud nomen eo sensu alicubi legisse. Sic accipi possit apud Oppianum Hal. 4, 500. περιπλήθουσα δὲ

πάντη πυροδόκος στεφάνη λευκάνεται ἔνδον ἀλωῆς. Sed hoc nihil ad poetam nostrum facit, coævosque scriptores Atticos, quorum haud scio an apud ullum nomen στεφάνη *cribrum* significans occurrat. BRUNCK.

1035. ἦνπερ ἦ] ἦμπερ ἦ R. ἦν περί Ald. ἦν περιῆς B.

κηρίνων R. ex eoque editio Juntina a. 1525. Vulgo κηρίων.

1037. σύ om. R.Γ.

1040. αὐτῷ] αὐτοῦ B.

1043. λόγον Faber. Libri νόμον.

1047. εἰς B. Vulgo ἐς. Conf. Pac. 966.

1048. μεγάλην — καὶ παχεῖαν] Idem intelligitur, quod in Acharn. 787. ἔξει μεγάλην τε καὶ παχεῖαν κηρυθράν. De eadem re etiam in Pace 1349. τοῦ μὲν μέγα καὶ παχὺ, τῆς δ' ἡδὺ τὸ σύκον. BERG.

1049. Trajectæ voces sic ordinandæ: αὐτη σὺ, ποῖ, παραβᾶσα τὸν νόμον, ἔλκεῖς τόνδε; BRUNCK. ἑτέρα γραῦς præscriptum in R.

1050. τῶν γραμμάτων] V. 1015. — 1020.

1055. ἀλλ' οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ νόμος ἔλκει. Ita solent qui legem prætendunt. Lysias Eratosth. [p. 28.] οὐκ ἐγὼ σὲ ἀποκτενῶ, ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως νόμος. BERG.

1056. ἔμεγ'] Scribendum ἐμέ γ'. ἐμ' B.

1058. μαλακίων] Conf. ad v. 985.

1061. αὐτοῦ τι δρῶντα πυρρόν] Supra 330. τί τοῦτό σοι τὸ πυρρόν ἐστιν; οὔτι που Κινησίας σου κατατετέλιγκεν; BERG.

1063. πλέον ἤπερ Porsonus ex scholiastæ annotatione, μὴ πλέον: τουτέστι μὴ πλέον με ἀναγκάσης συνελθεῖν ἤπερ βούλομαι. πλέον ἢ edd. ante Brunckium, qui πλέον γ' ἢ ex Fabri correctione dedit.

1066. μετὰ ταύτης R. Legebatur μετ' αὐτῆς.

1067. ἦτις] εἶτις libri. Correctum in editione Brubachii.

1068. ὦ Ἡράκλεις] Ut antea Vetulæ secundæ ereptus fuerat a puella, nondum conspecta femina, cujus studio nunc Vetulæ primæ eripitur, credit etiam puellam esse: sed postquam eam intuitus est, cognovitque anum etiam esse, et insuper altera fœdiorem, in has erumpit exclamationes. Non satis distinctæ erant in prioribus editt. tres vetulæ: quin etiam nescio an ullus editor suspicatus fuerit trinas eas esse. BRUNCK. V. 1066. ante ποῖ in R. scriptum ἄλλη γραῦς τρίτη.

1069. Panas invocat, quia salaces sunt vetulæ istæ, Corybantes, quia furentibus similes, Dioscuros, ut ipsi opem ferant. BERG.

1070. αῦ R. ἂν Γ. Ald.

1072. ἀνάπλεως ψιμυθίου] Eubulus comicus apud Athen. p. 557. 558. ἐπὶ τῷ προσώπῳ δ' αἱ τρίχες φορούμεναι εἴξασι πολιαῖς, ἀνάπλεω ψιμυθίου. Nempe quia facies adeo cerussata est, crines eo pertingentes albore inficiuntur. Ne quis inde colligat, mulieres tunc dealbare solitas capillos. BERG.

1073. πλειόνων B.R.Γ, scholiasta et Suidas in πλειόνων. νεκρῶν Ald. Eustath. p. 1382, 18. ὡς δὲ καὶ νεκροῖς προσφνὲς τὸ, οἱ πολλοὶ, καὶ τὸ, οἱ πλείους, δηλοῖ ὁ εἰπὼν τὸ ἀπελεύσομαι παρὰ τοὺς πλείονας, ὃ ἔστι, θανοῦμαι.

1075. οὐδέποτε σ'] Libri σ' οὐδέποτε. Similiter transpositum v. 748.

1078. οὐκ] οὐκουν Γ.

1082. κατελάσας] κατελαύνει hic est verbum rei venereæ, idemque significat, quod interdum simplex ἐλαύνει, i. e. *subagitare*. Sic in Pace 711. κατελάσας τῆς Ὀπόρας. i. e. *subagitata Opora*: (meretrice nimirum sic dicta.) KUST.

1084. ἦν ἠδί μ' ἀφῆ] ἦν ἠδί γ' ἀφῆ R. ἦν νῆ δία γ' ἀφ' (ἀφῆ Junt. a. 1525.) Ald. ἦν μὰ δία μ' ἀφῆ B. ἦν γ' ἠδί μ' ἀφῆ Brunckius.

1085. μὰ B.R.Γ. νῆ Ald.

1086. ἦτε Suidas in πορθμεῖς. Vulgo ἦστε: quod revocandum. ἦσθαι R.

1089. Καννώνου] Hesychius: εἰσήνεγκε γὰρ οὗτος ψήφισμα ὥστε διειλημμένους τοὺς κρινομένους ἐκατέρωθεν ἀπολογεῖσθαι. Male apud lexicographum excusum Καννόνου. Veram hujus nominis scripturam adstruit hic comici locus. Ejusdem Cannoni decreti meminit Xenophon. Hell. 1, [7, 21. ubi vid. Schneid.] Ταῦτ' εἰπὼν Εὐρυνπτόλεμος, ἔγραψε γνώμην, κατὰ τοῦ Καννώνου ψήφισμα κρίνεσθαι τοὺς ἄνδρας δίχα ἕκαστον. ἡ δὲ τῆς Βουλῆς ἦν, μὴ ψήφῳ ἅπαντας κρίνειν. In Reg. cod. recte scriptum est Καννώνου. Si ejusdem criminis plures essent rei, Cannoni decreto cautum erat, ut singulorum seorsum causa cognosceretur: eo facete adludit comicus; non enim aliud decretum in animo habuit. Juxta Cannoni decretum ait adolescens sibi impositam esse necessitatem δίχα ἕκάστην, non κρίνειν *judicare*,

sed βινεῖν *permolere*. Jocus in eo consistit, quod quum in decreto esset reos διειλημμένους ἀπολογεῖσθαι, *seorsum causam dicere*, adolescens dicat se διαλελημμένον tanquam in *diversa diductum* binis subantibus vetulis simul morigeraturum. Mendose in cod. scriptum κατὰ το Διαγόρου σαφῶς. BRUNCK. καννώνου R. κανόνου Ald. Καννωνὸς hoc nomen scriptum apud Theognost. in Cramerī Anecd. vol. 2. p. 68, 19.

1092. βολβῶν] Sunt enim irritamenta Veneris. Vid. Athen. 2. p. 63. BERG.

1093. κακοδαίμων] τί πέπονθα addit Γ.

1094. ἐλκόμενος εἶμ'] Corrig. ἐλκόμενός εἶμ'.

1095. ξυνεσπεσοῦμαι] ξυμπεσοῦμαι Γ.

1096. ἐνὶ B.R.Γ. ἐν Ald.

1097. ἐάν] ἦν Γ. γ' om. Ald.

1101. Φρύνην] Hoc nomine meretrices fuere complures. Adluditur hic forte ad φρύνη seu φρῦνος, quod *rubetam venenosam* significat. BRUNCK.

1104. συννήξομαι Bisetus. Libri συνείξομαι.

1105. πολλὰ πολλάκεις B.[R.]. Vox πολλὰ vulgo omissa. πολλὰ πολλάκεις duo sunt adverbia ἐκ παραλλήλου posita, ut αὐθις αὐ. Notus est εὐφημισμὸς, seu formula bene ominata, ἦν τι πάθω, *si quid obtigerit*, id est, *si moriar*. Sic Vesp. 385. BRUNCK. πολλάκεις dictum ut v. 791.

1106. ταῖνδε] ταῖνδαι R.

1107. ἐπ' αὐτῷ R. Legebatur ἐν αὐτῷ. ἐμαντῷ Γ.

1108. τῆν B. Libri reliqui τῶν.

1110. μολυβδοχοήσαντας] Ut gravitas plumbi basin firmet, ne a vento prosternatur. BERG.

1112. Venit ancilla ex convivio. BERG.

1113. αὐτή Brunckius. Vulgo αὐτη.

1114. θ'] Legebatur δ'. Correxī in editione a. 1826.

παρέστατ' R. Vulgo πάρεστ'.

ταῖσιν R.Γ. ταῖς Ald.

1115. γείτονές τε (τε om. Γ.) πάντες] γείτονές θ' ἅπαντες B.

οἷ τε δημόται Brunckius. Libri οἱ τῶν δημοτῶν.

1117. μεμύρωμαι] μεμύρισμαι Athenæus 15. p. 691 b. μεμύρωμαι Suidas in h. v.

1118. ὑπερπέπαικε νῦν αὐτῶν ἀπάντων B. ὑπερπέπαικεν αὐτῶν, omisso ἀπάντων, Suidas. τῶν pro τούτων Γ.

1119. Θάσι'] De vino Thasio, ejus fragrantiam hic majorem dicit, quam odor sit unguentorum, etiam in Pluto 1022. ubi, cum vetula dixisset: ὄζειν τε τῆς χροᾶς ἔφασκεν ἡδύ μου, alter inquit: εἰ Θάσιον ἐνέχεις, εἰκότως γε νῆ Δία. Et in Lysistr. 196. Θάσιον οἶνον σταμνίον. ubi mox: καὶ μὰν ποτόδδει γ' ἀδὸν ναὶ τὸν Κάστορα. BERG.

ἀμφορεΐδια] ἀμφορίδια Pollux 10, 72. qui Θάσια ἀμφορίδια per errorem ex Acharnensibus memorat: ἀμφορεΐδια Suidas, qui ἀμφορίδια ex h. l. sumsisse videtur in ἀμφορεαφόρους.

1122. Anus bibacula apud Plautum Curcul. 1, 2. Nam omnium unguentum odor præ tuo, nautea est. BRUNCK.

1124. ἐκλεγομένης] ἐκλεγομένη B.

1127. γ' ἂν Brunckius. γὰρ libri.

1131. μᾶλλον ὀλβιώτερος] Comparativus auctus per pleonasmum. Sic Euripides Hecuba 377. θανῶν δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος, ἢ ζῶν. τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς, μέγας πόνος. Plautus in lepiddissimo Menæchmorum prologo 55. Nam nisi qui argentum dederit, nugas egerit, qui dederit, magis majores nugas egerit. Et 5, 6, 13. nam magis multo patior facilius verba. BRUNCK.

1132. πλείον ἢ τρισμυρίων] De numero civium Atheniensium vid. Boeckh. Œcon. civ. vol. 1. p. 36. Hic nihil aliud significatur quam *innumerabiles*. De quo usu numeri docte exposuit Leakius in *Travels in the Morea* vol. 2. p. 535.

1133. οὐ δεδέειπνηκας] Præter exspectionem: tunc enim beatus esset, si cænasset. BERG.

1135. Hoc versu desinunt B.Γ.

1139. περιλελειμμένος] παραλελειμμένος R. παρατεθειμένος Reiskius.

1144. οὔκουν] Vulgo οὐκοῦν.

1145. παραλείψεις Brunckius. Libri παραλείψης.

1148. ἦν ἀπίσωιν οἴκαδε] Jocus præter exspectionem, quales sunt in Lys. 1071. 1213. frequentesque aliis in comædiis. Sic clauditur Plauti Stichus: Intro hinc abeamus. Nunc jam saltatum satis pro vino est. Vos spectatores plaudite, atque ite ad vos comissatum. Confer finem Pseudoli et Rudentis. BRUNCK.

1149. XO. abest ab Ald.

1150. ἔχω δέ τοι R. Vulgo ἔχουσά τοι.

1151. Mutatæ personæ signum apponit R.

1155. σοφοῖς Scaliger. Libri σοφοῖσι.

μεμνημένοις R. Vulgo μεμνημένους.

1156. διὰ τὸν γέλων] Lectio propter dactylum pro trochæo positum vitiosa. διὰ τὸ γελᾶν Porsonus. διὰ τὸ γελῶν Reisigius Conject. p. 143.

1159. ὅτι προεἶληχ'] Uno die Athenis plures diversorum poetarum exhibebantur populo fabulæ, quarum in commissione sorte ducebant chori ordinem, quo alii post alios prodirent. Ex hoc loco apparet meliorem illius chori fuisse conditionem, qui prodiret postremus, quia recens illius memoria et voluptas judicum animis inhærens, priorum merita obliterabat. Hinc facete comicus iudices orat, ne male moratas meretriculas imitentur, quæ benefactorum meminisse non solent, nisi quæ postrema acceperunt. De fabularum commissionibus Athenis fieri solitis, legisse operæ pretium fuerit, quæ vir ingeniosus et elegantissimæ doctrinæ commentatus est in Actis Academiæ nostræ vol. 39. p. 172. BRUNCK.

1161. τὸν Brunckius. τὸν τε R. τὸν γε Ald.

1163. ᾧ ᾧ] Delendum videtur. ᾧ ᾧ — κίνει hemichorio tribuit R. Recte.

1164. Aberat ᾧ, φίλαι ad versum præcedentem relato.

εἶπερ μέλλομεν τὸ χρῆμα δρᾶν] *Si hoc actura sumus.* Supra

148. καὶ γὰρ τὸ χρῆμ' ἐργάζεται. BERG.

1166. 1167. Hæc mutila videntur.

1169. Ad hunc locum respexisse credo Eustathium ad Iliad. p. 1277. Ἰστέον δὲ, ὡς, εἰ καὶ Ὅμηρος μὴ φιλεῖ χρῆσθαι πολυσυνθέτοις λέξεσιν, ἀλλ' οἱ μετ' ἐκεῖνον ἐπλεόνασαν τοῖς τοιοῦτοις, καὶ μάλιστα οἱ Ἀττικοί. τῇ δὲ κωμωδίᾳ λίαν πάνυ τὸ τοιοῦτον ὑπερσπούδαται. εὔρηται γοῦν παρὰ τῷ κωμικῷ χωρίον ἐν τινι ἀσυνήθει κωμωδίᾳ, οὕτω συχνοσύνθετον, ὥστε ὁ καταρξάμενος αὐτὸ ἀναγνώναι, ἢ οὐ διίξεται τὸ πᾶν ἀπνευστί, ἢ ἀλλὰ πνευστιῶν αὐτοῦ ἀπαλαγήσεται. BRUNCK. Totum hoc vocabulum uno tenore scribendum, non in plures versus dispescendum.

1169. λεπαδο Faber. λοπαδο libri et Suidas in μέλος.

1170. υποτριμματο R. υποτιτριμμάτο Ald.

1171. πρασο] Libri παραο.

1172. κικλεπικοσσυφοπε— edd. ante Kusterum. κικκλ— πε— Kusterus. κικλεπικοσσυφοπε— Faber et Brunckius. κικ-

κλεπικοσσυκοφαττοπε— Ravennas : unde facile fuit veram restituere scripturam.

1173. εγκε R. Vulgo εκε.

φαλο] Vulgo φαλλιο.

1176. ταχὺ καὶ fortasse delendum.

τρυβλίον] Libri τρύβλιον.

κόνισαι λαβῶν R. Legebatur λαβῶν κόνισαι. λέκιθον ἕν' ἐπεδειπνῆς κόνισαι ἰσχυρῶς Suidas in ἐπιδειπνεῖς.

1177. Post ἐπιδειπνῆς plura excidisse videntur.

1178. — 1182. hemichorio tribuunt R. et edd. ante Kusterum.

1179. αἴρεσθ' ἄνω λαὶ εὐ αἶ. | δειπνήσομεν εὐ οἶ. εὐ αἶ. | εὐαῖως ἐπιίκη (εὐαῖως ἐπὶ νίκη Ravennas) εὐ αἶ. εὐ αἶ. εὐ αἶ. εὐ αἶ. εὐαἶ Ald. Suidas in ἐποποιῖ, αἴρεσθ' ἄνω λαὶ. εὐαἶ. δειπνήσομεν εὐοἶ. εὐαἶ. εὐαἶ. ὡς ἐπὶ νίκη. εὐαἶ εὐαἶ. εὐά. τέλος τῶν ἐκκλησιαζουσῶν ἀριστοφάνους. Exæquanda hæc sunt Lysistratæ versibus 1292. — 1294. αἴρεσθ' ἄνω, λαὶ λαὶ, (vel αἴρεσθ' ἄνω, εὐαἶ εὐαἶ.) | δειπνήσομεν, | εὐαἶ, ὡς ἐπὶ νίκη, | εὐαἶ εὐαἶ.

THESMOPHORIAZUSÆ.

ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑΖΟΥΣΑΙ ΠΡΟΤΕΡΑΙ inscribitur in libro Ravnennate et a Gellio Noct. Att. 15, 20. Quod non a poeta factum est, sed a grammaticis fabulam hanc a Thesmophoriazusi alteris, quarum fragmenta supersunt, distinguentibus. De quo genere dixi in præcæmio annotationum ad Sophoclis Ajacem.

Editam hanc fabulam esse eodem quo Lysistratam anno, id est olymp. 92, 1, archonte Callia, Dionysiis urbanis, recte animadversum est a Palmerio, cujus conjecturam duobus nunc confirmatam habemus testimoniis scholiastarum, altero ad v. 190. γέρων γὰρ τότε Εὐριπίδης ἦν· ἕκτω γοῦν ἔτει ὕστερον τελευτᾷ. (Euripidem enim olympiadis nonagesimæ tertiæ anno secundo exeunte vel tertio ineunte mortuum esse constat.) altero ad v. 840. ubi Lamachum quarto ante anno mortuum esse narratur, id est olymp. 91, 2, ut ex Thucydide compertum habemus 6, 101. Præterea Palmerii conjectura commendatur v. 804. ubi Charmini clades memoratur, quam illo ipso anno ei esse illatam, mortem autem ejus anno proximo (olymp. 92, 2.) esse secutam ex Thucydidis narratione colligi potest 8, 42. et 43. In tanta horum testimoniorum perspicuitate, parum credibile videtur veterem doctumque scholiastam annotatione ad v. 32. scripsisse, ἐπειδὴ οὐ πάλαι ἤρξατο διδάσκειν (ὁ Ἀγάθων) ἀλλὰ τρισὶν πρὸ τούτων ἔτεσι, quod γ' in ε' mutato scribendum ἀλλὰ πέντε πρὸ τούτων ἔτεσι. Agathonem enim archonte Euphemo olymp. 90, 4. victoriam reportasse ab Athenæo proditum est 5. p. 217.

Argumenti expositiones a veteribus grammaticis scriptæ perierunt. Quamobrem argumentum Biseti arponimus, a Bekkero, ut par erat, compendifactum. Εὐριπίδης ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις ὑπὸ γυναικῶν κατηγορηθεὶς τὴν Ἀγάθωνος τοῦ ποιητοῦ βοήθειαν ἐπικαλεῖσθαι ἠναγκάσθη. πρὸς τοῦτον οὖν μετὰ Μνησιλόχου κηδεστοῦ προσῆλθε, δεησόμενος τῆς ἰδίας δυστυχίας προστασίαν λαβεῖν. ἀλλ' Ἀγάθωνος αὐτῷ παρεῖναι καὶ συνδικεῖν οὐκ ἐθέ-

λοῦτος, Μνησίλοχος ἄσμενος καὶ ἐθελοντῆς τὴν αὐτοῦ προστασίαν αὐτῷ ὑπέσχετο, καὶ γυναικείαν ἐσθήτα ἐνδυσάμενος πρὸς τὴν τῶν Θεσμοφορίων ἑορτὴν ἦλθε, καὶ ἐκεῖ ἐν μεγίστῳ γυναικῶν πλήθει τὴν δίκην ὑπὲρ Εὐριπίδου γενναίως ὑπέσχε. ἀλλ' ἀναγνωρισθεὶς ἀνὴρ ὢν ἐν σχήματι γυναικὸς, τὴν τῆς φυλακῆς ἐψηφισμένην ζημίαν φεύγειν οὐκ ἐδυνήσατο, μετ' ὀλίγον δὲ τέχναις καὶ μηχανήμασι τοῦ Εὐριπίδου ἐκείθεν ἀβλαβῆς ἀπέφυγεν.

Ex Cratini fabula quadam Aristophanem nonnulla in Thesmothiazusas transtulisse Clemens Alex. narrat ubi de furtis poetarum agit Strom. 6. p. 752. Ἀριστοφάνης δὲ ὁ κωμικὸς ἐν ταῖς πρώταις Θεσμοφοριαζούσαις τὰ ἐκ τῶν Κρατίνου Ἐμπιπραμένων μετενήνεγκεν ἔπη. Cujusmodi quid ab scholiasta est notatum ad v. 215. qui tamen non illam quam Clemens Cratini fabulam, sed Ἰδαίους nominat, ταῦτα δὲ ἔλαβεν ἐκ τῶν Ἰδαίων Κρατίνου. Neutra Cratini comœdia aliunde est cognita.

1. χελιδὼν ἄρα πότε [ἄρά ποτε] φανήσεται;] Non pertinent hæc ad notationem temporis, quo Thesmothoria celebrabantur; multo minus illius, quo acta fuit hæc fabula. Sed proverbii locum apud veteres obtinuisse illud videtur: *Quando tandem optatum veniet tempus, quo a molestiis hisce liberabor?* ab iis ducta locutione, qui hiemis pertæsi, hirundinis adventum, ut veris indicium, cupide exspectant. BRUNCK.

2. ἀλοῶν] Suidas: ἐξωθεν ἐν κύκλῳ περιάγων, ὡς οἱ ἐν ταῖς ἄλωσι. Hesychius: ἀλοῶν: πλανῶν, καὶ τύπτων. Qua ex glossa liquet grammaticum eidem verbo binas significationes tribuisse, quarum prior huc congruit. BRUNCK.

ἄνθρωπος] Libri ἄνθρωπος.

3. τε editio Caninii. Libri τι.

τὸν σπλήνα] Qui citato gradu eunt, lienis dolorem sentiunt et anhelant. BERG.

4. Εὐριπίδῃ] Legebatur ὦ Ἐριπίδῃ. Delevi ὦ ab librario illatum. Sic in Ran. 1273. τρίτος, Αἰσχύλε, σοὶ κόπος οὗτος, libri quidam ὦ Αἰσχύλε.

II. Hæc vulgo male Mnesilocho continuantur. In cod. Aug. lineola mutatae personæ index, quæ huic versui præponi debuit, librarii errore initio sequentis posita. BRUNCK.

14. Ridet Euripidem tanquam philosophum dum eum hæc

facit loqui: erat enim revera φιλόσοφος ἐπὶ σκηνῆς, quod quum aliunde apparet, tum ex loco huic comici loco simili, in *Melanippe sapiente* inter fragmenta:

ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφῇ μία.
ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δόξα,
τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος
δένδρη, πετεινὰ, θήρας.

Illud μορφῇ μία videtur expressisse Ovidius: *unus erat toto naturæ vultus in orbe*. Ætherem autem dicit genuisse animalia, quia Euripides tanquam Socraticus philosophus ætherem pro summo deo habebat. Hinc etiam in Ranis v. 919. facit eum precari: αἰθῆρ ἐμὸν βόσκημα. BERG. Vid. Valckenarii Diatrib. Euripid. p. 46.

16. πρῶτ' ἐμηχανήσατο Kusterus. Libri πρῶτα μηχανήσατο.

18. δίκην Reiskius. Libri ἀκοήν. χώνης δίκην dixit Plutarchus Mor. p. 903 e.

19. ἀκούω et ὄρω modi sunt subjunctivi.

21. τι Brunckius. Libri τε. Pörsonus γε malebat, collato versu Eupolidis apud schol. Hom. Il. β, 333. οἶόν γέ πού'στι γλῶσσα κἀνθρώπου λόγος.

αἱ σοφαὶ ξυνουσίαι] Respicit ad versum Sophoclis vel Euripidis σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσία. de quo vide annotationem scholiastæ.

23. ἀγαθοῖς] Ironice, ut Pac. 370. κἀτα τῷ τρόπῳ | οὐκ ἦσθόμην ἀγαθὸν τοσουτονὶ λαβῶν; DOBRÆUS.

24. προσμάθοιμι] Libri προσμάθοι μή. Correxī in editione a. 1830. ex scholiasta, qui annotavit ἵνα μὴ περιπατήσῃ μετ' αὐτοῦ.

20. Ἑρακλῆ] Scribebatur Ἑρακλέα. Quum comici synizesi non utantur, corrigendum fuit Ἑρακλῆ, quæ forma raro effugit manus librariorum, ut in Sophoclis Trach. 476. unde in eadem fabula 233. Ἑρακλῆ edidi pro vulgato Ἑρακλέα. videturque forma contracta etiam aliis e locis ab librariis esse expulsa. Ὀδυσσῆ servatum est in Rheso Euripidis v. 708.

27. Post σιωπῶ τὸ θύριον signum interrogandi ponendum.

28. ἀκούσω] Scribendum ἀκούω cum Brunckio. Ceterum dubitari potest ἀκούω et σιωπῶ quodque præcedente versu legitur σιωπῶ subjunctivo an indicativo modo sint accipienda. Quod si subjunctivi sunt, ut ἀκούω et ὄρω v. 19, recte adduntur

signa interrogandi, si indicativi, utroque loco punctum est ponendum.

29. ἐνθάδε δ' (h. e. ἐνθάδ') R. Vulgo ἐνταῦθ'.

οἰκῶν τυγχάνει] Poeta apud scholiastam Eurip. Troad. 822. ὀρᾶς; ἐν τῆδε μὲν | ὁ τῶν Φρυγῶν τύραννος οἰκῶν τυγχάνει | γέρων, ἀπ' ὀργῆς (ἀρχῆς Seidlerus) Λαομέδων καλούμενος.

30. ἀγάθων] Libri Ἀγάθων.

31. μέλας] Sic jam veteres grammaticos legisse ex scholiastæ annotatione cognoscitur. Sed Aristophanes fortasse μέγας scripserat: de quo dixi ad fragm. 231 b. p. 594. et ad Soph. Œd. T. 742.

32. 33. ἐόρακας] Vulgo ἐώρακας. Correxerit Bentleius.

33. a m. sec. habet R, om. Aug.

37. μυρρίνας. προθυσόμενος ἔοικε τῆς—] Scholiasta, λείπει τὸ ὦς, ὡς ἔοικε. Qui hæc sic distincta legit μυρρίνας, προθυσόμενος, ἔοικε, τῆς—. Quod non præferendum.

38. προθυσόμενος] Similiter Ran. 872. ὅπως ἂν εὔξωμαι πρὸ τῶν σοφισμάτων. KUST. προθυσόμενος τῆς ποιήσεως, i. e. priusquam carmina facere incipiat.

39. εὐφημος πᾶς ἔστω λεός] Scribendum λαός cum Suida in εὐφημεῖ. Quod legisse scholiastam ex annotatione ejus colligi potest, παρὰ τοῖς τραγικοῖς οὕτω λέγεται, σίγα πᾶς ἔστω λαός. Euripides Hec. 532. σιγάτ', Ἀχαιοὶ, σίγα πᾶς ἔστω λεός.

40. συγκλείσας] Scribendum συγκλήσας.

41. θίασος] Id est chorus, qui prodit v. 104. "Ordo verborum est θίασος μελοποιῶν (particip.) ἔνδον μελάθρων τῶν δεσποσύνων." BENTL.

50. πράμος] Vocabulum alibi non inventum. πρόμος recte corrigere videtur Scaliger.

52. Δρύοχοι sunt trabes erectæ, carinam sustententes, quibus ea imponitur, quando construendæ navis exordiantur opus naupegi. Eustathius p. 1878. in fine: δρύοχοι δὲ κυρίως, πᾶσσαλοι, ἐφ' ὧν στοιχηθὸν διατεθειμένων ἢ τρόπις ἴσταται τῶν καινουργουμένων πλοίων, διὰ ἰσότητα. καὶ ἄλλως δὲ εἰπεῖν, δρύοχοι, πάτταλοι ἐκ δρυὸς, ὃ ἔστιν ἀπλῶς ξύλου, καθιστῶντες τὴν τρόπιν ἐν τῷ πέριξ αὐτὴν συνεχεῖν ὡς δῆλον ἐκ τοῦ

πῶς δὲ κατὰ δρυόχων ἐπάγη σανίς; ἢ τίνι γόμφοι

τμηθέντες πελέκει, τοῦτ' ἔκαμον τὸ κύτος;

Distichon est ex Archimeli Epigr. in Hieronis navem. Quia

autem a pangendis his trabeculis construendæ navis initium fiebat, facete ad dramatis exordium locutionem transfert comicus. Suidas: δρύοχοι, πάτταλοι, οἱ ἐντιθέμενοι ναυπηγουμένης νεώς· καταχρηστικῶς δὲ τὰ προοίμια. Cujus rei in exemplum hunc locum profert. At quod ei subjicit, alio pertinet, scilicet ad eam significationem nominis δρύοχος, qua pro δρυμὸς ponitur. Est autem pars Epigr. Archiæ 7. Apollonius I, 723.

δίπλακα πορφυρέην περονήσατο, τήν οἱ ὄπασσε
Παλλὰς, ὅτε πρῶτον δρυόχους ἐπεβάλλετο νηὸς
Ἄργους. BRUNCK.

53. ἀψίδας] ἀσπίδας libri. Correctum ex Suida in δρύοχος, λαικάζει et χιανεύει.

55. κἀντονομάζειν] Potest locus hic intelligi de antithetis, quibus Agathon frequenter usus fuit, ut testatur Ælianus Var. Hist. 14, 13. Patet id etiam ex fragmentis quibusdam Agathonis: ut eo quod legitur apud Athen. 5. p. 185 a.

τὸ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεθα,
τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα.

Ibid. p. 211 e.

εἰ μὲν φράσω τάληθες, οὐχί σ' εὐφρανῶ·
εἰ δ' εὐφρανῶ τί σ', οὐχὶ τάληθες φράσω.

Apud Aristotelem Eudemior. 5, 5.

τέχνη τύχην ἔστερξε καὶ τύχη τέχνην.

Vides in omnibus his locis, manifesta antitheta, ob quorum usum nimis crebrum quum ab aliis olim risus fuit Agatho, tum etiam a Platone, ut testis est Athenæus 5. p. 187 c. KUST. Agatho apud Athen. 13. p. 584. γυνή τοι σώματος δι' ἀργίαν | ψυχῆς φρόνησιν ἐντὸς οὐκ ἀργὸν φορεῖ. PORSON.

56. γογγύλλει Porsonus. Libri et Suidas locis citatis γογγυλλίζει. Hinc corrigenda Hesychii glossa Γογγυλεῖν: συστρέφειν.

57. χοανεύει] χιανεύει Suidas locis citatis, inepte, verum fortasse non sua sed librarii culpa. Nam quod χιανεύει apud eum secundum seriem literarum legitur, nullius est momenti, quum locus ille absit ab libris melioribus.

58. ἀγροιώτας Bentleius. Libri ἀγριώτας.

60. τοῦ καλλιπεύδης] Repetit voces quasdam ex antecedentibus; istud καλλιπεύδης ex v. 49. θριγκοῦ autem ex v. 58. γογγυλλίσας ex v. 56. χοανεύσαι ex v. 57. ex his temere coacervatis oratio emergit obscura. Tamen apparet ad quid paratum se

dicat Mnesilochus; est autem id, quod eum Euripides dicebat antehac etiam commisisse in Agathonem supra v. 35. καὶ μὴν βεβίηκας σύ γε. BERG.

κατὰ τοῦ θριγκοῦ] Aberat κατὰ, quod a m. rec. additum habet R. Scholiasta, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τοῦ θριγκοῦ. Bentleius τοῦ τε θριγκοῦ corrigebat, καὶ τοῦ θριγκοῦ praelaturus, ut opinor, si Ravennatis libri lectionem cognitam habuisset. Sed recte legitur κατὰ τοῦ θριγκοῦ, quod Mnesilochus ad præcedentia respiciens famuli verba pro κατὰ τοῦ προκτοῦ dicit. Quod non fugit scholiastam, qui ad v. 62. annotavit ὡς εἰς χόανον τὸν προκτὸν (id est εἰς τὸν προκτὸν ὡς εἰς χόανον) ἐμβαλεῖν.

61. συγγογγυλίσας] Libri γογγυλίσας. Correxerit Brunckius colato Lys. 975. ξυστρέφας καὶ ξυγγογγυλίσας.

64. ἔα] Restituenda forma monosyllaba ἄ. Conf. ad v. 176.

67. χεμῶνος] Nam Thesmophoria, quo tempore hæc fabula agitur, mense celebrantur hiberno Pyanepsione.

68. κατακάμπτειν] Quasi materia stropharum sit congelata. BERG. Vid. schol.

69. θύρασι R. Aug. θύραισι Junt. Recte θύραζε correctum videtur in editione Veneta a. 1538. Sic Nub. 632. αὐτὸν καλῶ θύραζε δευρὶ πρὸς τὸ φῶς.

74. χρῆν] χρῆ Suidas in κηδεστῆς.

κηδεστῆν] Κηδεστῆς eum notat, qui affinitate cum alio junctus est, et tam de *socero*, quam de *genero* dicitur, ut apud Latinos *affinis*. Vide Plautum Aulul. 3, 4. 14. et 5, 62. BRUNCK. Idem in Addendis non male conjicit οὐ χρῆν σε κρύπτειν ὄντα κηδεστῆν ἐμέ.

78. γ' om. Aug.

80. ἐπεὶ τρίτη ἴσ' τὴν Θεσμοφορίων ἢ μέση] Quattuor fuerunt Thesmophoriorum dies, quarum prima festi quasi prolusio quædam fuit: quo factum est ut tribus reliquis modo annumeraretur modo omitteretur, ideoque eadem et tertia et media dici posset. Optime hoc explicuit scholiasta, cujus e verbis satis habemus hæc apposuisse, δεκάτη Πυανησιῶνος ἐν Ἀλιμουῦντι Θεσμοφορία ἄγεται . . . ἐνδεκάτη ἀνοδος, δωδεκάτη νηστεία, ἐν ἧ σκολῆν ἄγουσαι ὑπόκεινται αἱ γυναῖκες (conf. v. 949. 984.) ἐκκλησιάζουσαι περὶ Εὐριπίδου, τρισκαυδεκάτη Καλλιγένεια (de hac vid. fragm. 300.). τρίτη οὖν συναριθμουμένης τῆς δεκάτης, μέση δὲ τῆς ἀνόδου καὶ τῆς Καλλιγενείας. Poetæ autem verba

manifestum est sic esse capienda ut Θεσμοφορίων ἡ μέση tanquam explicandi caussa ad illud ἐπεὶ τρίτη ἴστί adjectum cogitetur. Infra v. 375. τῇ μέσῃ τῶν Θεσμοφορίων. Athenæus 7. p. 307 f. ἄνδρες φίλοι, μὴ καὶ ἡμεῖς νηστεῖαν ἄγομεν, Θεσμοφορίων τὴν μέσην, ὅτι δίκην κεστρέων νηστεύομεν; Aliorum scriptorum locos in annotatione ad scholia attulimus.

83. κὰν Θεσμοφόρου] In æde Cereris et Proserpinæ. KUST. περί μου Brunckius. Libri περι ἐμοῦ.

86. καὶ Δία δίκαι' ἂν lectio codicis Augustani est, ab librario, ut videtur, parum probabiliter inventa. καὶ δι' καὶ ἂν R. καὶ δίκαι' ἂν Junt. Melius Kusterus καὶ δίκαιά γ' ἂν: quamquam ne hoc quidem satis certum est.

87. ἐκ ταύτης] Scribendum cum Berglero ἐκ τούτων, hæc quum ita sint comparata.

88. τραγωδιδάσκαλον R.

90. Legebatur κὰν. χὰν restituit Marklandus ad Eurip. Suppl. 364.: quod in Sophoclis Œdip. Col. 13. recte præbent libri plures, ubi Elmsleius duplicis crasis exemplum desiderabat. χὸν ex καὶ ὁ ἐν contractum dixit Euripides Heraclid. 173. χἄνδρες Aristoph. Lys. 594. restituit Reisigius.

94. τοῦ γὰρ τεχνάζειν ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς] Hoc dicit Mnesilochus, non quasi et ipse sit tam vafer, ut in ea re palmam ferat, sed quia Euripidi favet et ab ejus partibus stat. BERG. In Equit. 277. ἦν δ' ἀναιδέϊα παρέλθης, ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς. ubi proverbialis locutionis ratio redditur. BRUNCK.

95. ἀγάθων] Libri Ἀγάθων.

96. οὔτος Euripidi tribuendum, οὔτος οὐκκυκλούμενος. Præterea inepte quærit Mnesilochus καὶ ποῖός ἐστιν; quum καὶ ποῦ ποτ' ἐστίν potius debeat. Dobræo scribendum videbatur Μν. καὶ ποῦ ἴστιν; Εὐ. οὔτος, αὐτὸς οὐκκυκλούμενος.

οὐκκυκλούμενος] Infra 265. Agatho postquam Euripidi et socero apparatus omnem, quo illis usus erat, concessit, domum se inferri jubet his verbis:

εἴσω τις ὡς τάχιστα μ' εἰσκυκλησάτω.

In Acharn. Dicæopolis Euripidem convenit, pannos mendicique tragicum ornatum ab eo mutuaturus, eumque rogat, ut foras prodeat, his verbis: ἀλλ' ἐκκυκληθήτ'. Respondet Euripides. v. 409.

ἀλλ' ἐκκυκλήσομαι καταβαίνειν δ' οὐ σχολή.

Scilicet erat ἐκκύκλημα machina theatralis in tragœdiarum re-
 præsentatione adhiberi solita, de qua sic Pollux 4, 128. καὶ τὸ
 μὲν ἐκκύκλημά ἐστι ξύλων ὑψηλῶν βάθρον, ᾧ ἐπίκειται θρόνος.
 δείκνυσι δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τὴν σκηνὴν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀπόρρητα
 πραχθέντα. καὶ τὸ ῥῆμα τοῦ ἔργου καλεῖται ἐκκυκλεῖν, ὅτε δὲ
 εἰσάγεται τὸ ἐκκύκλημα, εἰσκυκλεῖν ὀνομάζεται. καὶ χρὴ τοῦτο
 νοεῖσθαι καθ' ἐκάστην θύραν, οἶονεὶ καθ' ἐκάστην οἰκίαν. ἡ μηχανὴ
 δὲ θεοὺς δείκνυσι, καὶ ἥρωας τοὺς ἐν ἀέρι, Βελλεροφόντας καὶ Περ-
 σεῖς, καὶ κείται κατὰ τὴν ἀριστερὰν πάροδον ὑπὲρ τὴν σκηνὴν τὸ
 ὕψος. Sic legenda Pollucis verba, quæ vulgo mendose ferun-
 tur: nec mirum, si ex istis, ἐφ' οὗ δὲ εἰσάγεται τὸ ἐγκύκλημα,
 εἰσκύκλημα ὀνομάζεται, nihil extundere potuerunt interpretes.
 Machinæ unum erat nomen ἐκκύκλημα: sed pro diverso illius
 usu, quo intus in scenam, vel e scena intro vehebatur persona
 quælibet, duplex erat verbum ἐκκυκλεῖν, εἰσκυκλεῖν, quæ ut
 apud comicum distincta, sic Onomastico fuerunt enotata. Fa-
 cete noster Agathonem tragicum poetam, itemque in Acharn.
 Euripidem, non pedibus in scenæ solo gradientes inducit, sed,
 tanquam deos aut heroas, sublimes in machina tragica vectos.
 BRUNCK. Vid. Elmsl. ad Acharn. 408.

98. ἀλλ' ἢ τυφλὸς μὲν εἰμ'] Sic Equit. 953. ἀλλ' ἢ οὐ καθορῶ.

Κυρήνην] Hæc erat meretrix, cujus mentio in Ranis v. 1328.
 Quia autem Agathon effeminatus erat et comtulus, hunc vi-
 dens putat eum esse mulierem, uti in Ecclesiâz. v. 167. quum
 quædam reprehendens alteram, quod viros appellaret mulieres,
 dixisset; γυναῖκας αὖ δύστηνε τοὺς ἀνδρας λέγεις; illa inquit,
 μὰ Δι' ἀλλ' Ἐπίγονόν γ' ἐκείνον' ἐπιβλέψασα [δι' Ἐπίγονόν γ'
 ἐκεῖνον' βλέψασα] γὰρ ἐκεῖσε πρὸς γυναῖκας ῥόμην λέγειν.
 BERG.

99. αὖ] Libri ἄν. Correctum ex Av. 226. οὐποψ μελωδεῖν αὖ
 παρασκευάζεται. Post hunc versum in libris quibusdam fuit
 parepigraphe μυνηρισμός. Vid. schol.

100. μύρμηκος ἀτραπός] Scholiasta, ὡς λεπτὰ καὶ ἀγκύλα ἀνα-
 κρονομένοι μῆλη τοῦ Ἀγάθωνος τοιαῦται γὰρ αἱ τῶν μυρμήκων
 ὁδοί. Doctiorem interpretationem exposuit Photius p. 280, 22.
 μύρμηκος ἀτραπός: ἐν Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνης. ἔστιν
 Ἀθήνησι Μύρμηκος ἀτραπός ἐν Σκαμβωνιδῶν ἀπὸ Μύρμηκος τοῦ
 Μελαντίππου τοῦ Κύκλωπος τοῦ Ζευξίππου.

διαμνύρεται Dawesius. διαμνυρίζεται libri et Suidas in μύρμηξ.

101.—103. Interpolatam horum versuum lectionem esse metri sententiæque perversitas ostendit. Scribendum videtur

ἱερὰν χθονίαις δεξάμεναι λαμπάδα κοῦραι

* * * * * *χορεύσασθε βοάων.*

χορεύσασθε etiam Bentleius restituit.

102. *λαμπάδα*] Quia Ceres facibus incensis quæsitiv Proserpinam. BERG.

104. Agathonem comitantur actores tragici chori, quem ille erudiebat, proximisque ludis populo exhibiturus erat. Non est hic chorus fabulæ, qui e mulieribus constat Cereris et Proserpinæ festum celebrantibus. BRUNCK. Actores chori tragici si cum Agathone in scenam produxit Aristophanes, non potest dubitari quin *χορευταὶ* delecti fuerint ex iis qui postmodum in choro mulierum prodeunt. Simile Ranarum est *παραχορήγημα*, de quo dicemus ad versum fabulæ illius 209. Sed vera videtur sententia grammaticorum veterum, qui nullum produci chorum Agathonis, sed cantica chori ab Agathone ipso recitari existimarunt. De quo ita scribit scholiasta, *μονοῦ δει ὁ Ἀγάθων ὡς πρὸς χορὸν, οὐχ ὡς ἐπὶ σκηνῆς, ἀλλ' ὡς ποιήματα συντιθεῖς. διὸ καὶ χορικὰ λέγει μέλη αὐτὸς πρὸς αὐτὸν, ὡς χορικὰ δέ.*

τίνι δαιμόνων] Malim *τίνι* δὲ *δαιμόνων*. Imitatur hunc locum Lucian. Tragop. 75. *τίνι* (libri *τίνα*) *δαιμόνων* ἄγουσι κωμαστὴν χορὸν;

105. *λέγε νυν* (libri *νῦν*) ad versum præcedentem in libris refertur. *νυν* corripuit more tragicorum. (In editione Oxoniensi male legitur *νν*, omisso quod post hoc vocabulum poni debuit puncto.)

εὐπίστως] *εὐπείστως* Reiskius. Malim *εὐπιθῶς*.

106. *ἔχει*] Libri *ἔχεις*. Correctum ex Suida in *σεβαστός* et *σεβίσαι*.

107. *ἄπλιζε*] Corrigendum *ἄλβιζε* cum Bentleio.

109. *Φοῖβον, ὃς ἰδρύσατο χώρας γύαλα Σιμωντίδι γῆ*] Apollo enim Trojæ mœnia condidit una cum Neptuno. BERG.

113. *ἱρὸν*] Scribebatur *ἱερόν*.

115. *ἀείσατ'*] *ἀείσαντ'* R. Aug. Junt. Eurip. Hippol. 58. comparavit Valckenarius, *ἔπεσθ' ἀείδοντες, ἔπεσθε, τὰν Διὸς οὐρανίαν Ἄρτεμιν, ἧ μελόμεσθα*.

116. *σεμνὸν*] Corrigendum *σεμνάν*.

120. Ἀσιάδος] Id est, *citharæ*. Etymol. M. p. 153, 31. Ἀσιάδος κρούματα, τῆς κιθάρας. οὕτως Ἀριστοφάνης εἶπε, παρφῶν τὸ ἐξ Ἐρεχθέως Εὐριπίδου. ἡ τρίχορδος κιθάρα οὕτω καλεῖται. εἴρηται δὲ, ὅτι ἐν Ἀσίᾳ τῇ πόλει τῆς Λυδίας κειμένη ἐν Τρωλῶ πρωτον εὐρέθη. Nescio an unquam urbs exstiterit, cui nomen Ἀσία, quam tamen recenset etiam Stephanus. Hujus non meminit schol. Apollonii ad 2, 777. Ἀσίαν δὲ ἐνταῦθα τὴν Λυδίαν φησίν. οὕτω γὰρ ἡ Λυδία πρότερον ἐκαλεῖτο. διὸ καὶ ἡ κιθάρα Ἀσιὰς ἐκλήθη, διὰ τὸ ἐν τῇ Λυδίᾳ πρωτον εὐρεθῆναι. καὶ Ὅμηρος (Ἰλ. β, 461.) Ἀσιῶ ἐν λειμῶνι. BRUNCK. Eurip. Cycl. 442. Ἀσιάδος οὐκ ἂν ἦδιον ψόφον κιθάρας κλύομεν. Plutarch. de musica p. 1133. c. ἐποιήθη δὲ καὶ τὸ σχῆμα τῆς κιθάρας πρωτον κατὰ Κηπίωνα τὸν Τερπάνδρον μαθητὴν, ἐκλήθη δὲ Ἀσιὰς διὰ τὸ κεκρήσθαι τοὺς Λεσβίους αὐτῇ κιθαρωδοὺς πρὸς τῇ Ἀσίᾳ κατοικοῦντας. KUST. Adde grammaticum in Montef. Bibl. Coislin. p. 607.

121. Inepte legitur παρὰρυσμ' εὐρυσμα. Scribendum videtur παρ' εὐρυσμα. Φρύγια δινεύματα cur dicantur, explicuit scholiasta, τῇ Φρυγίᾳ ἁρμονία ἡρμοσμένα.

122. δινεύματα Χαρίτων parum apta catalexis est, quod sensit Bentleius, qui δινεύματα Κουρήτων conjecit. Mihi scribendum videtur uno versu ποδὶ παρ' εὐρυσμα Φρυγίων Χαρίτων δινεύματα. Ceterum libri διανεύματα. Veram lectionem habuit scholiasta, qui ὀρχήματα interpretatur.

124. κίθαριν] Restituendum fortasse κιθάραν ex scholiasta: qua forma tragici uti solent. ἀκίθαριν tamen dixit Æschylus Suppl. 681.

125. ἄρσενι βοᾷ δοκίμῳ libri, scholiasta et Suidas in ἄρσενι. Quod non intelligo quomodo dici a choro virginum potuerit. Quod scholiasta annotavit, ἐπεὶ Ἀπόλλων ἐστὶν ὁ κιθαρίζων, ea tum demum apta erit interpretatio, si corrigatur ἄρσενι βοᾷ δόκιμον.

126. Lineola præfixa in Aug. Quo indicatur hæc Agathonī esse tribuenda: quod etiam Bentleio videtur placuisse. Idem codex personæ notam om. v. 123, addit v. 128.

τᾷ] Scholiasta, τῆς κιθάρας φῶς ἔσσυτο τοῖς σοφοῖς. Qui fortasse τᾷs legit.

δαμονίοις utcunque explicat scholiasta. Sed vitiosum esse metri deformitas ostendit. δαίμωνος (Latonæ) olim corrigebat Bothius. Mihi de sententia horum verborum non liquet.

128. ἄγαλλε R. Aug. ἄλλε Junt.

Seclusi τιμῆ, corruptum, ut opinor, ex τίμα, quod est glossema imperativi ἀγαλλε.

130. Ante hunc versum in codicibus est parepigraphe ὀλολύσεις (ὀλολύσει, recte scholiasta) γέρων, de qua Kusterus hæc annotavit “ὀλολύσεις γέρων] Hæc non pertinent ad seriem fabulæ, sed est παρεπιγραφὴ, qua significatur, Mnesilochum, “audito cantico Agathonis, præ voluptate et lætitia clamorem “edidisse. Quare scribendum erit ὀλολύσει γέρων. Sic infra “post v. 276. ὀλολύζουσι γυναῖκες itidem est παρεπιγραφὴ.” KUST. Est ὀλολυγὴ plerumque clamor faustus. Vide Equites v. 616. BERG.

132. μανδαλωτὸν] ἐπιμανδαλωτὸν osculum Acharn. 1201.

134. νεανίσχ'] νεανίσκ' editio Brubachii, propter εἶ τις.

ὅστις] εἶ τις R. Aug. Junt. Correctum in editione Veneta a. 1538.

135. Λυκούργειας Dobræus. Libri Λυκούργιας, ut Ὁρεστίας pro Ὁρεστείας deteriores codd. Ran. 1124. Æschyli tetralogia fuit Ἡδωνοί, Βασσαρίδες, Νεανίσκοι, Λυκούργος.

136. ποδαπὸς ὁ γύννις] Æschyli verba, de quibus scholiasta, λέγει δὲ (Λυκούργος) ἐν τοῖς Ἡδωνοῖς πρὸς τὸν συλληφθέντα Διόνυσον, ποδαπὸς ὁ γύννις;

136. et seqq. Hunc locum imitatus est Eubulus, de quo scholiasta, ἐντεῦθεν τὴν ἀρχὴν Εὐβουλος ἐποιήσατο τοῦ Διόνυσου, τὰ ἀνόμοια τῶν ἐν τῇ Διόνυσίου οἰκίᾳ καταλέγων, ἐπὶ πλεόν μόντοι.

139. οὐ ξύμφορον] ἀξύμφορον Suidas in βάρβιτος.

140. τίς δαὶ κατόπτρον καὶ ξίφος κοινωνία] Epicharmus apud Stobæum Serm. 89. τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία; BERG.

141. τίς δ' αὐτὸς] γρ. σύ τ' αὐτός R. Hoc recipiendum, comate post παῖ posito.

142. καὶ ποῦ πέος] ποῦ τὸ πέος Suidas in Λακωνικαί, ποῦ δὲ τὸ πέος idem in πέος.

Λακωνικαί] ἀνδρεία ὑποδήματα, schol.

144. ἐκ τοῦ μέλους ζητῶ σε] Quia nimirum ejus carmen est θηλυδριῶδες, ut paulo ante dicebat; hinc et ipsum talem esse vult conjicere: et quia ipse talis est, ejus carmina etiam sunt talia. ὅμοια γὰρ ποιεῖν ἀνάγκη τῇ φύσει, ut ipse infra dicit. BERG.

146. μὲν om. Suidas in ἄλγησις.

147. τὴν δ' ἄλγησις οὐ παρεσχόμεν] Scholiasta, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἔλυπήθην.

148. ἅμα γνώμη] Id est ὁμοίαν γνώμη.

149. γὰρ om. Junt.: habent R. Aug.

151. 154. γυναικεῖα et ἀνδρεῖα δράματα scholiasta dici monet in quibus chorus vel ex mulieribus vel ex viris sit compositus.

153. Φαίδραν] Conf. Ran. 1043. BERG.

161. Ἰβυκός] Scribendum Ἰβυκος cum R. Aug. Vid. Arcadium p. 52, 10.

162. κάλκαϊος] In libris antiquioribus (τοῖς παλαιότεροις ἀντιγράφοις) Ἀχαιὸς scriptum fuisse, Aristophanem vero grammaticum rescripsisse (μεταγράψαι) Ἀλκαῖος, ab scholiasta est annotatum. Recte haud dubie correxit Aristophanes sive conjecturam sive libri alicujus auctoritatem secutus. Futile argumentum, quo Aristophanis emendationem impugnavit Didymus, bene refutavit scholiasta.

ὄπερ] Libri οὐ περὶ. Correctum ex Suida in ἐμπτρώσατο et ἐχύμισαν.

ἐχύμισαν] Metaphora a coquis, qui temperant sapes ciborum, τοὺς χυμούς. BERG.

163. διεκίνων libri. διεκίνων Suidas in ἐμπτρώσατο. διέκνων Dorvillius ad Chariton. p. 560. "Legendum διεκλώντ". Hesych. "διακλών, θρύπτων. Idem: Ἴωνικόν, τρυφερὸν, ἢ ἐπὶ τοῦ κατ'εαγότος, ἢ θηλυκοῦ. Pollux 4, 91. ubi περὶ ὀρχήσεως agit. "Λυγίσαι τὸ σῶμα, κάμψαι, κλάσαι. Quare διακλᾶσθαι Ἴωνικῶς est corpus instar Ionum molliter movere, saltare. Hoc ratio, artubus frangi. Locus autem ita vertendus est: *Anacreon et Alcæus, qui musicis gratiam et venustatem conciliant, mitras gestabant et molliter more Ionum saltabant.*" TOUP. Em. in Suidam 1. p. 166. 167. Huc respexisse videtur Dionysius Halicarnasseus in libello περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος p. 310. ed. Hudson. [vol. 6. p. 1093. Reisk.] καὶ τῶν ῥυθμῶν πολλαχῆ μὲν τοὺς ἀνδρώδεις καὶ ἀξιωματικοὺς καὶ εὐγενεῖς, σπανίως δέ που τοὺς ὑπορχηματικούς τε καὶ Ἴωνικοὺς καὶ διακλωμένους. Idem ibid. 2. p. 611.

164. τοῦτον γὰρ οὖν ἀκήκοας] Est enim poeta Atticus.

165. ἡμπέσχετο Elmsleius ad Eurip. Medeam p. 253. Libri ἡμπέσχετο.

168. Φιλοκλέης Bentleius. Libri Φιλοκλήης. De Philoclis deformitate vid. schol.

169. Ξενοκλέης Bentleius. Libri Ξενοκλήης. Hunc versum a m. rec. habet R, versui 170. postponit Aug.

170. Θέογνις] Theognis poeta tragicus valde frigidus, quem facete perstringit comicus Acharn. 140. BRUNCK.

173. ἦ] Libri ἦν.

176. ξα] Restituenda forma monosyllaba α̂, ut v. 64. Mira est de hoc loco annotatio scholiastæ, quam versui 500. apponemus.

177. Parœdia est Euripidis versuum in Æolo:

παῖδες, σοφοῦ πρὸς ἀνδρὸς, ὅστις ἐν βραχεῖ
πολλοὺς λόγους οἷός τε συντέμνειν καλῶς.

Facetum est Euripidem hic induci suismet ipsius verbis loquentem. BRUNCK.

178. οἷός τε] οἷόν τε libri. Correctum ex Suida in οἶος et σοῦ.

179. καινῆ Bisetus. καινῆ libri et Suidas in κοινολογία. καινῆ legit scholiasta, qui interpretatur μεγάλη καὶ θαυμαστῆ.

185. δοκεῖν] δοκῶν R.

μου, σαφῶς σώσεις] μου σοφῶς, σώσεις Bentleius.

194. χαίρεις ὄρων φῶς, πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς] Alcestidis v. 691. Loquitur ibi Pheres, qui noluerat pro filio suo mori. Istud Agathon in Euripidem retorquet, qui vult ut alius ipsius causa periculum subeat. Sic suismet verbis capitur Euripides in Ranis comici v. 1477. BERG.

196. Prius ἂν additum ex Suida in ὑφέξειν. In Aug. post γὰρ spatium est vacuum unius syllabæ.

198. τεχνάσμασιν R. et Suidas in h. v. τεχνάμασιν Aug. στενάσμασιν Junt.

199. φέρειν] φεύγειν videtur legisse scholiasta, qui ἐκφεύγειν interpretatur.

200. κατάπυγον] Vulgo καταπύγον. Vid. ad Vesp. 687.

201. λόγοισιν respondet Agathonis τεχνάσμασι: et quod ille παθήμασι dixerat, aliorum senex accipiens, Agathonis impudiciam exprobrat. BRUNCK.

204. νυκτερήσια Dobræus. Legebatur νυκτερείσια. ἡμερήσιος dixit Æschylus Agam. 22.

206. νῆ Δι] Legebatur νῆ Δία. Vid. ad Eq. 319.

209. Vulgo ἀπόλωλ' Εὐριπίδης. MN. ᾧ —. Correxit Elmsleius ad Acharn. 475.

212. κλάειν] Libri κλαίειν.

215. ταδὶ] Scholiasta, τὰ γένεια ταῦτα δὲ ἔλαβεν ἐκ τῶν Ἰδαίων Κρατίνου.

215. Mos erat veteribus barbam novacula radere; pudendorum autem pilos admota flamma amburere. In Conc. Praxagora lampadem adloquens sic ait:

μόνος δὲ μηρῶν εἰς ἀπορρήτους μυχούς

λάμπεις, ἀφεύων τὴν ἐπανθοῦσαν τρίχα. BRUNCK.

216. πρᾶττ' εἴ σοι] πρᾶττ' εἴσω R. πραττεισω Aug. Scribendum πρᾶτθ' ὃ τί σοι cum Elmsleio ad Acharn. 338.

217. ἴδιδόν' ἐμαντὸν] διδόναι γ' αὐτὸν vulgo, consentiente R. et a m. sec. Aug. qui διδόναι γ' ἐμαντὸν a pr. m. habet. Partem veri vidit Toupius, qui in Emendat. in Hesych. vol. 3. p. 50. scripsit ἴδιδόναι γ' αὐτόν.

220. ξυροδόκης] ξυροδίκης R. Aug. "Male apud Pollucem " 10, 140. ξυροδόχης. Vide Eustath. ad Homer. p. 130. extrema." BRUNCK.

221. κάθιζε] Ad Mnesilochum, ut eum tondeat. BERG.

222. ὄμοι] Scribendum οἴμοι, quæ forma alibi e libris melioribus est restituta. ὄ σοι Aug. Junt.

223. ἀτταταῖ] ἀτταταῖ Brunckius. ἄττατα Junt. αττατα sine accentu R.

ιατταταῖ] ἀτταταῖ Aug. ἄτταται Junt. et sine accentu R. Correxit Bentleius. Conf. v. 1005.

224. ἐς] εἰς libri.

σεμνῶν θεῶν] Atheniensibus σεμναὶ θεαὶ dicebantur Erinnyes [Erinyes], quibus eo nomine templum erat juxta Areopagum, quo supplices, quemadmodum ad alia quoque templa, confugiebant. Vide Equit. 1312. et Meursium Ath. Att. 4, 1. BRUNCK.

225. Δήμητρ' ἔτ' Porsonus. δήμητρά γ' R. Aug. δήμητρα Junt.

227. τὴν ἡμίκραιραν τὴν ἑτέραν ψιλὴν ἔχων, altera tantum *maxilla raso*. Hesych. ἡμίκρανα, ἡμικεφάλαιον. σιαγόνος τὸ ἦμισυ. Sed depravata est apud lexicogr. scriptura. Vel enim ἡμίκρανον legendum, vel ἡμίκραιρα, ut habent Pollucis codd. 6, 160. ubi vulgatum etiam ἡμίκρανα. BRUNCK.

ἐνταυθί] Libri ἐνταυθοῖ. Vid. ad Nub. 814.

231. μῦμῦ] Vulgo μῦ μῦ. Conf. Equit. 10.

232. ψιλὸς αὖ στρατεύσομαι] Jocus est in ambiguitate vocis ψιλὸς, quæ *glabrum* significat, et *levis armaturæ militem*. Eadem ambiguitas in Latina voce *levis*. BRUNCK.

233. φανεί] φαίνει Dobræus.

234. θεᾶσθαι σαντὸν Porsonus. Libri θεάσασθαι σεαντόν.

235. Clisthenes, homo effeminatus et pathicus, de quo mentio in Lys. 1092. imberbis erat, rasis semper malis. Vide infra 583. BRUNCK. Libri Κλεισθένην.

237. δελφάκιον] Scholiasta, μετὰ γὰρ τὸ τυθῆναι τὰ δελφάκια φλογίζονται, ἵνα ψιλωθῶσι.

240. νῆ Δί] Legebatur νῆ Δία. Vid. ad Eq. 319.

242. τόν γε addidit Scaliger. Recte, nisi quod non animadvertit scribendum esse τοῦ γε πρωκτοῦ τὴν φλόγα. Sæpe sic librarii sententias inverterunt.

245. φεῦ] Corrigendum φῦ. Sic Lys. 294. et 304. φῦ φῦ (vel φνφῦ), ἰὸν ἰὸν τοῦ καπνοῦ.

ἰὸν] Vulgo ἰοῦ.

247. σπογγιεῖ] Scribendum σφογγιεῖ. Vid. ad Acharn. 463.

248. οἰμῶξετᾶρ] οἰμῶξετᾶρ R. (qui αρ' sine accentu) Aug. Junt. οἰμῶξετᾶρ ᾶρ' aliæ editiones veteres. Sed crasis restituenda fuit, de qua dixi ad Acharn. 325.

εἷ τις Brunckius. Libri εἷς. Simillimo errore in Acharn. 1084. προστρέχει τις in libro Ravennate in προστρέχεις coaluit.

250. τουτφί] τουτοῖ Aug.

252. τί οὖν λάβω; Mnesilochus recte tribuit Bentleius, Euripidi libri.

254. ΕΥΡΗΠ.] Corrige ΜΝΗΣΙΑ. cum Bentleio.

255. ΑΓΑΘΩΝ] Deleatur.

260. ᾶρ' Kusterus. ἦρ' Aug. Junt. In R. est ἦρ' ἄρμῶση. Conf. ad Pac. 114.

261. ἔγκυκλον] Ex hoc loco manifestum est ἔγκυκλον fuisse vestimentum exterius, ἐπίβλημα: κροκωτὸν vero, interius, ἐνδύμα. Crocotam jam induerat Mnesilochus, cui supra v. 253. dixit Agatho, τὸν κροκωτὸν πρῶτον ἐνδύου λαβών. Vestimentorum omnium ultimum, quod aliis superinjiciebatur, erat ἔγκυκλον, palla. Hoc liquet etiam e loco infra 499. ubi dicitur mulier expanso *encyclo* elabentis e conclavi mœchi fugam texisse.

Falsum est igitur, quod Eustathius in Iliad. p. 976. e Pausania tradit: φησὶ γοῦν Πανσανίας, ὅτι ἔγκυκλον περιπόρφυρον ἱμάτιον, καὶ χιτῶν γυναικεῖος, ὃν ἔνδοθεν ἐνδύονται γυναῖκες, εἶτα τὸ ἔνδυμα. λέγεται δὲ, φησὶν, ὑπ' ἐνίων ἐπιγονατῆς, διότι μέχρι γονάτων διήκει. Verum est quod tradit Suidas, ad hunc locum respiciens in ἔγκυκλον. καὶ δῆλον, ὡς τὸ μὲν ἔγκυκλόν ἐστιν ἱμάτιον· ὁ δὲ κροκωτὸς ἔνδυμα. — BRUNCK.

λάβ' Kusterus. λάμβαν' libri et Suidas in ἔγκυκλον.

263. χαλαρὰ — φορῶν] Hæc in editionibus veteribus Agathonī tribuuntur, Euripidī in editione Brunckii, unde hæc personæ nota in mea remansit. Totum versum Mnesilochi esse jam Reiskius animadverterat. Et sic haud dubie scholiasta, qui ad χαλαρὰ annotavit, χαῦνα' διαβάλλει δὲ πάλιν τὸν Ἀγάθωνα ὡς χαῦνον. Versum 264. Agathonī continuant editiones veteres, 265. autem Mnesilochi tribuunt. Correxit Brunckius ex cod. Aug. in quo lineola est ante σύ.

γοῦν R. a m. sec. et Suidas in χαλαρὰ. γ' οὔν Aug. γ' οὐ R. a pr. m. et Junt.

χαλαρὰ γοῦν χαίρεις φορῶν] Recte Bisetus obscenitatem hic latere suspicatur. Scommate offensus Agathon a scena discedit. DOBRÆUS.

265. ἐσκυκλησάτω] Libri εἰσκυκλησάτω. Vid. ad v. 96.

267. τό γ' Kusterus. Libri τόδ'.

272. ὄμνημι τοῖνυν αἰθέρ' οἴκησιν Διός] Euripidis in Melanippa versus fuit ὄμνημι δ' ἱρὸν αἰθέρ' οἴκησιν Διός. Vid. Ran. 100.

273. Ἴπποκράτους] Vid. ad Nub. 1001. Libri ὑποκράτους. Correctum ex scholiasta.

274. ὄμνημι τοῖνυν πάντας ἄρδην τοὺς θεούς] Euripides Med. 746. ὄμνη πέδον γῆς, πατέρα θ' Ἥλιον πατρὸς τοῦμοῦ, θεῶν τε συντιθεῖς ἅπαν γένος. BERG.

276. Respicit ad versum Euripidis Hippol. 612. ἡ γλῶσσ' ὁμώμοχ', ἡ δὲ φρῆν ἀνώμοτος. Quem iterum ridet Ran. 1471.

277. In parepigraphe post hunc versum verba ἱερὸν ὠθεῖται significant scenæ conspectum mutari, et machinarum ope, ut apud nos fieri solet, templum propelli, seu novum scenæ apparatus templi speciem exhibere. BRUNCK. Parepigraphe in R. Aug. Junt. est ὁλολύζουσί τε ἱερὸν ὠθεῖται. τε recte in γυ-

ναίκες mutatum. Scholiasta, παρεπιγραφή. ἐκκυκλεῖται ἐπὶ τὸ ἔξω τὸ Θεσμοφόριον.

277. σημείον] Scholiasta, ὅτε ἔμελλε γίνεσθαι ἐκκλησία, σημείον ἐτίθετο. Conf. ad Vesp. 690.

279. et seqq. Imitatur Mnesilochus vocem muliebrem.

280. θάσαι] Scribebatur θέασαι. Vid. ad Pac. 906.

281. ἀνέρχεθ' ὑπὸ] Recte Reiskius ἀνέρχεται corrigere videtur.

283. ἀγαθῇ τύχη] Alibi (Av. 436. Eccles. 131.) τύχ' ἀγαθῆ dixit, quod in Av. 675. ex Ravennate libro restitui pro vulgato illic ἀγαθῇ τύχη. Utrumque ab Atticis dici, ἀγαθὴ τύχη et τύχη ἀγαθῆ, annotavit Helladius apud Photium Bibl. p. 529, 34.

καὶ πάλιν Bentleius. καὶ om. libri.

285. τὸ πόπανον ὅπως] De dipodia ex tribracho et anapæsto composita dictum ad Acharn. 47. Hoc tamen loco probabilis est conjectura Hermanni, qui articulum delet. Porsonus τὰ πόπαν', ὅπως.

287. πολλὰ πολλάκις μέ σοι θύει] In precibus utuntur infinitivo, ut in Electra Euripidis v. 805. νύμφαι πετραῖαι, πολλάκις με βουθυτεῖν, καὶ τὴν κατ' οἴκους Τυνδαρίδα δάμαρτ' ἐμὴν, πρᾶσσοντας ὡς νῦν, τοὺς δ' ἐμοὺς ἐχθροὺς κακῶς. Et apud comicum η Ranis v. 907. Δήμητερ ἢ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα, εἶναι με τῶν σῶν ἄξιον μυστηρίων. BERG.

288. μᾶλλὰ] Libri μὴ ἀλλά.

289. θυγατέρα] θυγατέραν R. Ita idem alibi Δήμητραν pro Δήμητρα.

χοῖρον] Scholiasta, ὡς τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ κατ' ἐπὶ κλησιν οὕτω καλουμένης, οἶον βοῖδιον ἢ χρυσίον ἢ μύρτον (potius μύρτιον). ἴσως δὲ τὸ αἰδοῖον τὸ γυναικεῖον αἰνίττεται. Vesp. 573. εἰ δ' αὖ τοῖς χοιριδίοις χαίρω, θυγατρὸς φωνῆ με πιθέσθαι.

291. ποσθαλίσκον] Libri πρὸς θάληκον. Scholiasta, τὸν παιδαρίσκον. ἴσως δὲ παρὰ τὴν πόσθην αὐτὸ συνέθηκεν. (alius scholiasta, ἀντὶ τοῦ κατωφερῆ τὸν νοῦν μου ποίησον.) Hæc qui scripsit non πρὸς θ — legit, sed vocabulum a πόσθη ductum. Quo indicio restitui ποσθαλίσκον, vocabulum eodem modo quo κωραλίσκος formatum, cui accommodatissima est interpretatio illa τὸν παιδαρίσκον. Similiter Photius p. 445, 4. πόσθων (quo utitur Aristoph. Pac. 1300.): κυρίως λέγεται παιδαρίον· οὕτως

γὰρ ὑποκοριζόμενοι ἔλεγον ἀπὸ τοῦ αἰδοίου· πόνθιον γὰρ τοῦτο καλοῦσι. δηλοῖ δὲ καὶ τὸν παιδαριώδη καὶ ἄφρονα κατὰ μεταφοράν. Nec tamen hoc ipsum legisse videtur scholiasta, sed corruptum ποσθάληκον. Nam ποσθαλίσκον si legisset, vix dixisset συνέθηκεν. Ceterum ποσθαλίσκον sine articulo positum, quia instar nominis proprii est.

295. Persona est κήρυξ. Feminino nomine melius indigetata fuisset κηρύκαινα. Nam præconis officio fungitur hic mulier. [Scholiasta, γυνὴ μιμουμένη κήρυκα.] Quippe sacris illis vir nullus intererat. Quæ sequuntur autem preces et imprecationes, facete ritus adumbrant, qui in populi concionibus observabantur, de quibus videndus Sam. Petitus Leg. Att. p. 288. BRUNCK. Conf. Schoemann. de comitiis Athen. p. 93. plagula G.

εὐφημία ἴστω] Libri utrobique εὐφημί' ἔστω.

299. Καλλιγενεῖα] Scholiasta, δαίμων περι τὴν Δήμητραν, ἣν προλογίζουσιν ἐν ταῖς ἐτέραις Θεοδοφοριαζούσαις ἐποίησεν. Vid. Wyttenbach. ad Plut. Mor. vol. 7. p. 69.

300. κουροτρόφω] De hoc epitheto Terræ vid. Spanhem. ad Callim. h. in Del. 2. KUST. Articulum ante Γῆ delet Reiskius, et recte fortasse. Dobræo τῆ Γῆ delendum videbatur. Scholiasta, εἴτε τῆ Γῆ εἴτε τῆ Ἑστία, ὁμοίως πρὸ τοῦ Διὸς θύουσιν αὐτῆ. Qui Dobræi conjecturam confirmare videri potest.

306. τὴν τ' Junt. τὴν Aug. et a pr. m. R. καὶ τὴν a m. sec. R.

307. τὸν Ἀθηναίων] Libri τῶν Ἀθηναίων.

310. ὑμῖν] ἡμῖν Aug. hic et v. 350.

311. τὰγαθά] Fortasse πολλὰ κὰγαθά ut v. 351.

312. 313. δεχόμεθα — λιτόμεθα] Scribatur δεχόμεσθα — λιτόμεσθα. δεχόμεσθα in εὐχόμεσθα mutatum in editione Veneta a. 1538. Quod codicis Aug. auctoritate confirmari ait Brunckius.

315. χρυσολύρα] Sic εὐλύρας dicitur Apollo infra v. 969. BERG.

318. πόλιν in libris in versum proximum est translatum.

319. οἰκοῦσα] ἔχουσα Dobræus: ut respiciatur ad cognomen Minervæ πολιούχου.

320. θηροφόνη, qua forma Theognis utitur v. 11, restituit Hermannus. Libri θηροφόνε.

325. *είναλλον*] Libri *ἐναλλον*: quod in quibusdam editionibus in *ἐνάλοι* mutatum.

327. *φόρμιγξ*] Scholiasta, ἡ τοῦ Ἀπόλλωνος.

904. Apud Euripidem Herc. Fur. 515. Megara præter spem maritum Herculem videns, Amphitryoni ait :

ὦ πρέσβυ, λεύσσω τὰμὰ φίλτατ', ἢ τί φῶ ;

cui respondet senex :

οὐκ οἶδα, θυγάτερ· ἀφασία δὲ κάμ' ἔχει.

In Helena autem Menelaus uxori suæ, quam nondum agnovit, ait, v. 556.

ὡς δέμας δείξασα σὸν,

ἐκπληξιν ἡμῖν ἀφασίαν τε προστιθείς [προστίθης]. BERG.

905. Hic versus ex Euripideo in Helena 565. paululum immutatus.

τίς εἶ ; τίν' ὄψω σὴν, γύναι, προσδέρομαι ;

Quatuor sequentes ex Euripidis dramate nulla mutatione desumpti. BRUNCK.

906. αὐτὸς] αὐτὸς libri.

910. In Helena v. 572. legitur :

ἐγὼ δὲ Μευελάω γέ σ'· οὐδ' ἔχω τί φῶ.

Ultimam versus partem ridiculi causa mutavit comicus, servata quadam soni similitudine, *τι φω, ιφνων*, Euripidi natalium sordes, et matrem *λαχανοπωλητρίαν* identidem objiciens. In cod. Aug. [et R.] ut in vett. edit. legitur,

ἐγὼ δὲ Μεύελαον ὅσα γ' ἐκ τῶν ἀφύων.

Genuinam lectionem, apud Suidam latentem in *ιφύνη*, sagaciter detexit, et ingeniose adseruit Piersonus ad Mœrin p. 7. qui omnino adeundus :

ἐγὼ δὲ Μευελάω σ', ὅσα γ' ἐκ τῶν ιφύων.

Oleris agrestis species est *ιφνον*, cujus meminit iterum comicus in Phœn. fragm. 1. [fragm. 473.] quo ex loco de syllabarum quantitate constat. In sup. versu recte apud tragicum legitur *εἶδον*, non, ut in comici edit. *ἴδον*. BRUNCK. Apud Suidam legitur *ἐγὼ δὲ Μευέλεων ὅσον ἐκ τῶν ιφύων*. *ιφύων* scholiasta quoque legit. Recte Piersonus, nisi quod Atticam formam *Μευέλεω* Suida duce præferre debebat.

911. 912. Euripidis versus 573. 574.

912. ἐς χέρας] ἐς χάρας (ἐσχάρας Aug.) libri. Correctum ex Euripide.

914. περίβαλε Bothius. Libri περίβαλλε.

917. τῇ λαμπάδι] De scriptura diversa dixi in annotatione ad scholia.

922. αἰγυπτιάζειν hic est vox anceps. Tam enim significare potest *de Ægypto quædam garrere, vel loqui*; quam *Ægyptiorum versutiam et fraudulentos mores imitari*. Eo enim nomine gens illa olim male audiebat: unde proverbium [apud Æschylum]

δεινοὶ πλέκειν τὰς [τοὶ] μηχανὰς Αἰγύπτιοι. KUST.

926. οὐδέποτε σ' Elmsleius ad Acharn. 127. Libri σ' οὐδέποτ'.

ἐμπνέω] ἐνπνέω R.

927. προλίπωσ' Scaliger. Libri προλείπωσ'.

928. αὐτὴ μὲν ἢ μήριυθος οὐδὲν ἔσπασεν] *Funis quidem iste piscium attraxit nihil*. Proverbium translatum a piscatoribus qui sæpe hamum retrahunt inanem. Eo alluditur Vesp. 175. ἀλλ' οὐκ ἔσπασε ταύτη γ' — Perquam inepte versus hic mulieri tribuitur. Versum 924. secum loquens effatur Euripides. Ejus verba excipit Mnesilochus solus: *Abibis tu quidem; at ego quid faciam infelix?* Eum gener bono animo esse jubet, pollicitus se ei non defuturum, quamdiu suppetent doli, quorum struendi callidissimus est artifex. Sermonem hunc mulier non exaudit, quæ postquam procedentem in scenam Prytanin conspexit, ad eum se converterat. Mnesilochus vero, ut par est, Euripidi respondet: *Istud quidem bene promittis; at vide ut doctiorem comminiscaris dolum: namque hic funiculus, quem modo demisisti, nihil eduxit*. Hæc mulier dicere non potest, quæ personatum Menelaum, quicum collocuta est, ignorat qui sit, nec liquido perspexit istius hominis consilium. Probabile est in codice, quem habuit B. Junta, perinde ac in August. interloquendi vices personarum nominibus distinctas non fuisse, sed lineola: unde factum, ut magno cum actionis scenicæ detrimento, et contra decorum, mulieri adscriptus fuerit hic versus, quem plane liquet in Mnesilochi partes transscribendum esse. BRUNCK. Recte hunc versum Mnesilochi tribuit Brunckius.

929. ἔλεγ' Aug. ἔλεγεν R. Junt.

939. χαρίσωμαι Porsonus. Libri χαρίσομαι.

941. μὴ 'ν R. μὴν Aug. μὴ Junt.

942. κόραξιν pertinet ad γέλωτα παρέξω. In ἐστιῶν subin-

telligitur αὐτούς. REISK. τοῖς κόραξιν cum ἐστιῶν construxit scholiasta.

944. παριοῦσι Brunckius. Libri παροῦσι.

945. ἰατταταιὰξ] Vid. ad Eq. 1.

946. ἔστιν] Scribendum ἔστ' cum Bentleio.

947. παίσωμεν scholiasta. πέσωμεν libri.

948. ἀνέχειν ὄργια significat orgia vel sacra celebrare: quod scholiasta [exscriptus ab Suida in ἀνέχομαι] per voces αὔξειν et ἐπαίρειν indicare voluit. KUST.

949. Παύσων σέβεται] Non ex religione quadam jejunio celebrat Thesmophoria; sed quia non habet, quod comedat. Vide ad Plutum v. 602. Mulieres autem vi religionis jejunabant. Vide infra v. 993. et supra ad v. 86. Similiter in Avibus v. 1518. de diis fame laborantibus: ἀλλ' ὡσπερὲι Θεσμοφορίοις νηστεύομεν ἄνευ θυηλῶν. BERG.

951. ξυνεπυχόμενος R. Aug. ξυνευχόμενος Junt.

952. μέλειν] μέλλειν R. Aug. Junt. Correctum in editione Veneta a. 1538.

954. κούφα ποσὶν ἄγ' ἐς κύκλον, χειρὶ σύναπτε χεῖρα] Describitur hic chorea, quæ fiebat in orbem et consertis manibus. KUST. Æsch. Eum. 307. ἄγε δὴ καὶ χορὸν ἄψωμεν.

955. — 958. Metra in libris sic descripta χειρὶ — | ὕπαγε — | ἐπισκοπεῖν — | κυκλοῦσαν — κατάστασιν. Mihi non integra servata videntur verba poetæ. Prima verba χειρὶ σύναπτε χεῖρα et postrema καρπαλίμοι ποδοῖν si metro trochaico sint aptanda, χειρὶ — χεῖρα — καρπάλιμα corrigebat Dobræus, parum probabiliter.

961. χορομανεῖ] χαρομανεῖ R. Aug.

966. χρῆ] Fortasse χρῆν.

967. αὐτὶ καινὸν] αὐτὶ Aug. Junt. et, ut opinor, R. Recte αὐτίκα Reiskius, qui ὡσπερ ἔργων αὐτίκα καινῶν conjecit. ὡσπερ ἔργον dictum ut ὡσπερ εἰκὸς v. 974. et οἰάπερ νόμος v. 983.

968. εὐφνᾶ Brunckius. Libri εὐφνῆ.

εὐφνῆ στήσαι βάσιν] Id est rhythmice et in numerum terram pedibus pulsare: quod οἱ χορευόντες facere solent. KUST.

969. τὸν εὐλύρα] Euripides Alcest. 571. εὐλύρας Ἀπόλλων. Supra v. 315. χρυσολύρας dicitur. KUST. ἐλύραν R. Aug. Junt.

973. Nescio unde δὲ in editionem meam venerit. Recte libri τε.

Ἦραν τε τὴν τελείαν] Pollux 3, 38. Ἦρα τελεία ἢ ζυγία, ubi vide commentatores. BERG. Scholiasta, Ἦρα τελεία καὶ Ζεὺς τέλειος ἐτιμῶντο ἐν τοῖς γάμοις ὡς πρυτάνεις ὄντες τῶν γάμων.

975. χοροῖσιν ἐμπαίξει] Id est, choreis interest. Sic παίσωμεν dictum v. 947. KUST.

982. Hesychius, διπλῆ: ὀρχήσεως εἶδος. ad quam glossam vide interpretes. BRUNCK.

χάρῳ Bisetus. Libri χάρειν.

984. νηστεύομεν Bentleius. Libri νηστεύωμεν.

985. εἴ ἐπ' ἄλλ'] εἰπαλλ' R. εἰ ἀπ' ἄλλ' Aug.

986. τόρρευε] Scribendum τόρρευε cum Bentleio. τόρρευε scholiasta et Suidas in τορεύει, qui interpretantur τὸρῶς καὶ τρανῶς λέγε τὴν φῶδῆν.

987. ᾧδ'] Scribendum ᾑδ' cum Hermanno.

988. σὺ κισσοφόρε Βάκχειε | δέσποτ'] Probabiliter Hermannus corrigat σὺ κισσοφόρ' ὄναξ | Βάκχει'.

989. φιλοχόροισι Bentleius. Libri φιλοχόροισιν.

992. τερπόμενος] τερπόμενον vel τερπόμενε Bentleius.

992. 994. 998. Indicavi lacunas.

993. 994. 995. σοῖ] σὺ R. Aug. Junt.

995. κτυπεῖται] Formæ passivæ exempla Dobræus indicat ex Philostr. p. 201. κτυπεῖται τις ἐνταῦθα ὑπ' αὐτοῦ ἄκμων. p. 358. κτυπεῖσθαι δοκοῦντος τὰ ᾧδα ὑπὸ ἐννοίας ἰσπέων.

996. Κιθαιρώνιος] κιθαρώνιος R. Junt. et haud dubie Aug. Virgilius Æn. 4, 302. ab Reisigio comparatus,

— audito stimulant trieterica Baccho

Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron.

Postrema hujus carminis parte 990. — 1000. non improbable est stropham et antistrophum contineri, quas Hermannus sic restituere conabatur

στροφή.

εὐοῖ, ᾧ Διόνυσε

Βρόμῃ καὶ Σεμέλας παῖ,

χοροῖς τερπόμενος, κατ' ὄρεα Νυμ-

φᾶν ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις,

ᾧ Εὐί' Εὐί' εὐοῖ

ᾧ Εὐί' ἀναχορεύων.

ἀντίστροφος.

ἀμφὶ δὲ σοὶ κτυπεῖται
 Κιθαιρώνιος Ἥχῳ,
 μελάμφυλλά τ' ὄρη δάσκια καὶ
 νάπαι πετρώδεις βρέμονται
 κύκλω δὲ περὶ σὲ κισσοῦς
 εὐπέταλος ἔλικι θάλλει.

“ V. 990. vulgatum *Εὖιον* ne ad sensum quidem recte se habere videtur, siquidem *ἀναχορεύων* de Baccho, non de choro dicendum fuit. Vereor autem ne et in strophæ et in antistrophæ vox exciderit, quæ ad usitatas choriambicorum formas requiritur, in strophæ *παννυχίοις*, in antistrophæ *μεγάλως* ante βρέμονται.” HERMANN. V. 997. *μελάνφυλλα* R.

1001. Lictor Scythæ barbæ loquitur, quod neminem fugit: neque id monere necesse erat. Sed aliud quid erat, quod animadvertere debebant editores, Scythæ sermonem, licet barbarum, numeris tamen conclusum esse, utpote qui pars sit comædiæ metro ligatæ. Barbarismi sunt personæ, at versus poetæ sunt, iique omnes ad metricas leges exacti esse debent. Nec aliter se apud nos res habet: si quando comicus poeta aut rusticum, aut peregrinum in scenam inducit, mixobarbarum ei sermonem tribuit, numeros tamen et *ὁμοιοτελεύτων* leges observat. Uno verbo in comædia metro ligata personæ omnes versu loquuntur. At nimium quantum in Scythæ hujus partibus indulserunt sibi librarii et editores, cujus sermonem diligenter ad numeros revocabo. Et primo quidem in vulgatis libris mendose circumfertur hic versus:

ἐνταῦθα νῦν οἰμῶξει πρὸς τὴν αἰθρίαν.

Vides spondeum in quarta sede. Cod. Aug. [R.] et vett. editt. *οἰμῶξει*. Lege *οἰμῶξι*. Adumbratum hoc ex Æschylo, apud quem Robur postquam Prometheum scopulo adfixit, ei dicit v. 82. *ἐνταῦθα νῦν ὕβριξε*. Præterea e Scythæ sermone aspiratio abesse debet: ut *αἰθρίαν*, sic *ἐνταῦτα* scribendum erat. Hoc semel observasse satis erit. BRUNCK.

πρὸς τὴν αἰθρίαν] Plut. v. 1130. *ἀσκολιάς* ἐνταῦθα πρὸς τὴν αἰθρίαν. BERG.

1002. *μή μ' ἰκέτευε σύ*. Male vulgo *μή μ' ἰκετεύσῃ σύ*. BRUNCK. Probabilior emendatio erat *μή μ' ἰκετεύσι σύ*. Sic sup. v. *οἰμῶξι*. v. 1108. *λαλήσι*. 1127. *ἀποκεκόψι*. 1176. *ἀνεγείρι*.

1179. ὀρκῆσι, μελετῆσι, aliaque, e quibus analogiam quamdam in istis Scythæ barbarismis observare licet. BRUNCK. in Ad-
dendis. Recte Brunckius ἱκετεῦσι, quod pro ἱκέτευσον dictum.

1004. ἐπικρούσεις] Scribendum ἐπικρούεις ex Aug.

1005. μᾶλλο Bentleius. Libri μᾶλλον. Post βούλις ponatur
signum interrogandi.

ἄτταταῖ] ἄτταταῖ libri.

ιατταταῖ] Libri τατταταῖ. Correxerit Bentleius. Conf. v.

223.

1006. κακόδαιμον] Vulgo κακοδαίμων.

1007. πέρ' ἐγὼ ξυνίγκι πορμὸς, ἵνα πυλάξι σοι] Sic est in cod.
Aug. Sed emendanda erat scriptura, πέρ' ἐγὼ 'ξευίγκι — id est
φέρ' ἐγὼ ἐξευέγκω φορμὸν, ἵνα φυλάξω σε. Pessime vulgo ξεινίγκι
et πυλάξην, ita ut nec secundam, nec sextam sedem pes teneat legi-
timus. In ligno jam vinctus erat Mnesilochus, quod statim
factum fuit, postquam Prytanis v. 930. lictorem jussit eum vin-
cire. Scythæ nihil aliud e mandatis exsequendum supererat,
nisi ut vinctum eum observaret, impediretque ne quis ad eum
accederet: ne stando defatigaretur, storem petit, in qua recum-
bat. BRUNCK. περεγὼ ξεινίγκι R.

1010. ἀνήρ] ἀνὴρ libri.

1011. Περσεὺς ἐκδραμών] Quia parum processit dolus ille
Euripidis, quo se Menelaum fingens eripere ex mulierum mani-
bus conabatur Mnesilochum tanquam Helenam; nunc tanquam
Perseus, si forte Mnesilochum possit liberare patibulo affixum,
ut Perseus Andromedam scopulo alligatam. Scripserat autem de
Andromeda etiam, ut de Helena, tragœdiam Euripides. Sed
prius tanquam Echo apparebit. BERG. Andromedam ejusdem
cum Helena tetralogiæ tragœdiam fuisse annotavit scholiasta.

1013. ἔτ' addidit Porsonus.

1014. σώσων] σώσον R.

παρέπτατο] Nam et Perseus volabat, equo alato invectus
Pegaso. BERG.

1015. Scholiasta, παρὰ τὰ ἐξ' Ἀνδρομέδας Εὐριπίδου “ φίλαι
“ παρθένοι, φίλαι μοι.” τὰ δὲ ἐπιφερόμενα πρὸς τὸ αὐτὸ χρή-
σιμον.

1016. ἐπέλθοιμι Brunckius. Libri ἀπέλθοιμι.

1017. λάθοιμι Brunckius. Libri λάβοιμι.

1018. κλύοις ex conjectura Biseti positum in editionibus re-

centioribus. κλύεις R. Aug. Junt. Quod defendi potest addito signo interrogandi.

1019. πρὸς Αἰδοῦς σὲ τὰν Seidlerus. προσαιδοῦσαι (προσαιδούσαι) τὰς R. Aug. Junt. προσανδῶσα τὰς Brunckius, τὰς ἐν ἄντροις nymphas intelligens. Scholiasta, πάλιν ἐξ Ἀνδρομέδας. πρὸς τὴν Ἠχῶ Ἀνδρομέδα λέγει “ προσαιδουσαι τὰς ἐν ἄντροις “ ἀπόπασον (ἀπόπασσον Seidlerus) ἔασον Ἀχοῖ με σὺν φίλαις “ γόνου πόθου λαβεῖν.” διὰ τὸ λαμβάνειν ἀποσπάσματα ἀσύνδετον τὸ ὅλον γίνεται.

1022. Scholiasta, παρὰ τὰ τοῦ χοροῦ ἐν Ἀνδρομέδα “ ἀνοικτος “ ὅς τεκῶν σε τὴν πολυπονωτάτην βροτῶν μεθήκεν Ἄϊδα πατρὸς “ ὑπερθανεῖν. In hoc cantico Mnesilochus modo ex sua modo “ ex Andromedæ persona loquitur, ex animi perturbatione, “ quod facetissimum est.” BRUNCK.

1024. 1025. μόλις et σαπράν transponit Reisigius Conject. p. 303. quo hi versus exæquentur præcedentibus duobus.

1024. γραῖαν] Vid. v. 852. — 935.

1027. — 1030. Versus in libris sic divisi ὄδε — | πάλαι — | ἄφιλον — | δεῖπνον — | οὐδ’ — .

1026. πάλαι φύλαξ] Legebatur φύλαξ πάλαι. πάλαι fortasse in πάλιν mutandum.

1028. ἐκρέμασεν] Libri ἐκρέμασε.

1029. οὐ χοροῖσιν οὐδ’ ὑφ’ ἡλικῶν νεανίδων] Scholiasta, πάλιν ἐξ Ἀνδρομέδας. τὸ δὲ ἐπιφερόμενον σκώπτουτός ἐστι τοὺς Ἀθηναίους ὡς φιλοδίκους. Probabilior metri forma fortasse sic restituenda, ὄρᾱς ἔμ’; οὐ χοροῖσιν οὐδ’ | ὑφ’ ἡλικῶν νεανίδων | κημόν ἔστηκ’ ἔχουσ’, vel ἔστηκ’ ἔχουσα κημόν. ψῆφον R. Aug. Junt. quod in ψήφων mutatum in aliis.

1032. κήτει βορὰ] Euripides in Andromeda apud schol. Av. 347. κήτει φορβάν. BERG. Ad hæc verba referenda annotatio scholiastæ καὶ τοῦτο ἐξ Ἀνδρομέδας. ἐνπεπλεγμένη R. Junt.

1033. Γλαυκέτη] Γλαυκέτης, famosus helluo, cujus meminit iterum comicus Pace 1008. Hujus nomine tanquam aptissimo epitheto ad exprimendam monstri marini voracitatem utitur. BRUNCK.

1034. ξὺν] ξὺμ libri.

1039. ἀπὸ δὲ συγγόνων, ἀλλ’ ἀν’ (ἀλλὰν Aug.) | ἄνομα πάθεα φῶτα λιτομένην] Ante hæc verba lacunam indicavit Brunckius. Mihi post συγγόνων potius aliquid excidisse, reliqua autem in

tres dochmios redigenda videntur, ἀπὸ δὲ συγγόνων ἄλλ' ἄλλ' ἄνομα πάθεα φῶτα λιτομένην. ἄλλ' ἂν' ex ἄλλα corruptum esse Scaliger vidit. Diversam scripturam φῶτ' ἀντομένα memorat scholiasta, ἀπὸ κοινουῦ λάβωμεν πέπονθα ἄνομα πάθεα. καὶ ταῦτα ἐξ Ἀνδρομέδας. et alius, δεομένη τοῦ βαρβάρου. προεῖπε δὲ “ γοᾶσθέ μ' ὦ γυναῖκες.” γρ. καὶ φῶτα (scr. φῶτ') ἀντομένα. καὶ τοῦτο ἔχει νοῦν πρὸς τὰ ἐξῆς, φῶτ' ἀντομένην (scr. ἀντομένην), ὃς ἔμ' ἀπεξήρησε πρῶτον. Hoc qui legerunt, proximo versu φλέγουσα quoque ponere debuerunt. Apparet ex his accusativos qui probarunt grammatici, hæc verba cum γοᾶσθε construxisse, nominativos vero repetito πέπονθα explicuisse.

1041. φλέγουσαν Musgravius ad Eurip. Orest. 1402. Libri φεύγουσαν.

1042. Delendum ἐ ἔ ex R. additum, in quo scriptum ἐέ.

1047. ἀτεγκτε] ἀνέτικτε R. Aug. Junt. Correctum in aliis.

1048. ἐμὸν οὐκ recte delere videtur Bothius. ἐπόφεται a correctore habet R.

1051. τὸν βάρβαρον ἐξολέσειεν] Sententiæ absurditatem ut corrigeret Bisetus καὶ τὸν — conjecit. Mihi quamvis audacior, tamen longe probabilior Brunckii videtur correctio τὸν δύσμορον. Scholiasta, διχῶς, τὸν ἄθλιον. Quæ grammatici, ut opinor, conjectura est minus quam Brunckii probabilis.

1054. Nonnulla hic excidisse metri sententiæque vitia ostendunt. δαιμονῶν ex Brunckii editione remansit, qui præterea αἰόλα νέκυσιν ἐπὶ πορεία scripsit, hac verborum structura, ὡς ἐκρεμάσθην ἐπὶ πορεία αἰόλα νεκύων, δαιμονῶν ἄχη λαιμότμητα. Revocandum δαιμόνων, quod scholiasta quoque legit, qui hæc utcunque explicans λείπει ἔσχον, inquit, ἐκ τῶν δαιμόνων τὰ ἄχη ἔσχον. αἰόλαν idem explicat per σκοτεινήν. Initium versus si fuit dochmiacum, λαιμότμητ' in λαιμοτόμητ' erit mutandum.

1059. ἐπικοκκάστρια] εἰωθυῖα γελᾶν, γελάστρια interpretatur scholiasta. Apud Suidam, qui loci hujus mentionem facit in v. ἦχῶ, optimus liber Parisinus ἐπικοκκάστρια ἢ ἐπικαχάστρια præbet, Leidensis ἐπικαχάστρια, duo alii ἐπικουκούστρια. Quum grammatici περικοκκάζειν, de quo dixi ad Equit. 697, per περιγελᾶν interpretentur, facile intellectu est, veram esse scripturam, ab Eustathio quoque agnitam p. 1761, 26, ἐπικοκκάστρια, quam interpres aliquis apud Suidam per ἐπικαχάστρια explicuit.

1060. ἡπερ πέρυσιν] Ex hoc loco clare colligi potest, Euripidem proximo ante Thesmophoriazusas Aristophanis anno Andromedam docuisse. Introduxerat enim Euripides in fabula illa personam Ἡχούς, quam Aristophanes, illius ridendi gratia, hic imitatur. KUST.

1062. τοσαῦτα] Scribendum τὸ σαυτῆς cum R, in quo librarii culpa τοσαύτης legitur. Vitium etiam a Bentleio animadversum.

1063. ἐλεινώς] Libri ἐλεινώως.

1064. λόγων] γόνων Bentleius.

1065. Scholiasta, τοῦ προλόγου Ἀνδρομέδας εἰσβολή. Verba ὦ νύξ — διφρεύουσα ex Andromeda affert scholiasta Theocr. 2, 166.

1068. ἱρᾶς] Scribebatur ἱερᾶς.

1070. Scholiasta, καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ προλόγου.

1072. θανάτου τλήμων] Scholiasta, λείπει μέλλουσα τυχεῖν.

1080. Libri bis τί τὸ κακόν. τὸ delevit Bentleius.

1083. λαλῖς] Libri λαλεῖς. Correxī ex scholiasta, χωρὶς τοῦ ε γράφεται ὁ γὰρ Σκύθης βαρβαρίζει. In R. Aug. bis τί pro σί.

1086. πωτετοπωνή] Id est πόθεν ἢ φωνή. Poterat divisim scribi πῶτε τὸ πωνή. πότε τὸ πωνή editio Brubachii.

1087. Hic quoque λαλῖς pro λαλεῖς restitui.

κλαύσει bis Brunckius. Libri κλαύσαιμι. κλαύσεμι Bentleius.

1089. κακκάσκη in recentioribus editionibus positum. Revocandum κακκάσκι ex R. Aug. Junt. Interpretes pro καγχάζεις (καχάζεις) dictum acceperunt. Scholiasta per καταγελάς μου explicat.

1093. Hoc et seq. v. quæ post Scytham repetere debuit Euripides verba, male omittunt libri. BRUNCK.

1094. οὐκ αἰρήσεις] Corrīgendum οὐ καιρήσεις ex R. et scholiasta, id est οὐ χαϊρήσεις (χαϊρήσει).

1096. τῇ μιάρᾳ] Scribebatur τῇ μιαρᾷ.

1098. Scholiasta, εἰς Περσέα ἐξ Ἀνδρομέδας τρία τὰ πρῶτα, καὶ λοιπὸν ἐπέτευξε τὰ ἐξῆς.

1101. ναστολῶν] ναυτολῶν R. Aug. Junt.

1102. 1103. a m. rec. habet R, om. Aug.

Γοργόνος] Libri τῇ Γοργόνος. τῇ delevit Bentleius. Scholi-

asta, τί λέγει περὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ Γόργου τοῦ γραμματέως, ἐπεὶ προεῖπεν ἐκεῖνος “ Γοργόνος κᾶρα κομίζω”. ὁ δὲ Γόργος γραμματεὺς, ἀλλὰ καὶ βάρβαρος. Ex quo intelligitur sic hæc olim fuisse descripta, TO. τί λέγει τῇ Γοργῶ πέρι | τὸ γραμματέο σὺ τῇ κεφαλῇ; ETP. τὴν Γοργόνος | ἔγωγέ φημί.

1105. Euripidis verba attulit scholiasta, ξα, τίν’ ὄχθον τόνδ’ ὀρῶ περίρρυτον | ἀφρῶ θαλάσσης, παρθένου τ’ εἰκώ τινα ;

1106. ναῦν ὄπως] Eurip. Herc. f. 1097. δεσμοῖς ναῦς ὄπως ὠρμισμένους. BERG.

1108. οὐκὶ μὴ λαλήσι σύ Brunckius. Libri οὐκὶ μὴ λαλήσι σύ.

1109. τόλμας R. Vulgo τολμᾶς, quod scholiasta cum sequentibus conjunxit, ἀποθανουμένη τολμᾶς λαλήσαι.

1114. τὸ πόστη· μὴ τι Brunckius. τὸ σκυτομήτι R. et Junt. τὸ σηντομήτι Aug.

μικτόν] μικκόν Bentleius.

1115. δεῦρο Bentleius. δεῦρο δεῦρο libri.

1118. σι R. Aug. τι Junt.

1119. τὸ πρωκτῶ] τῶ πρωκτῶ R. Aug. Junt. Scholiasta, εἰ μὴ τὸν νῶτον ἦν πρὸς τῇ σανίδι, ἀλλὰ πρὸς ἡμᾶς ἐτέτραπτο, οὐκ ἂν σοι ἐφθόνησα ἀπαγαγόντι περανεῖν.

1123. τῆ] τη Aug. Scribendum τῆ hic et v. seq.

1124. ἐξόπιστο πρῶκτισον] ἐξοπισθοπρῶκτισον R. Aug. Junt.

1125. δεσμὰ Bisetus. δέσμας R. δέμας Aug. Junt.

1127. ἀποκεκόφι] ἀποκεκόφο R. Aug.

1129. ἐνδέξαιτο Kusterus. Libri δέξαιτο.

1130. Suis verbis loquitur Euripides. Sic enim ille in Medea 301.

σκαιοῖσι μὲν γὰρ καινὰ προσφέρων σοφὰ,

δόξεις ἀχρεῖος, κοῦ σοφὸς πεφυκέναι.

Megara apud eundem in Herc. Fur. 298.

φεύγειν σκαῖον ἄνδρ’ ἐχθρὸν χρεῶν,

σοφοῖσι δ’ εἴκειν, καὶ τεθραμμένους καλῶς·

ῥᾶον γὰρ αἰδοῦς, ὑποβαλὼν φίλ’, ἂν τύχοις. BRUNCK.

1133. ἐπιτήκιζε. Perperam vulgo contra metri legem ἐπιτηκίζει. Verbum πιθηκίζω occurrit Vesp. 1290. ὑπὸ τι μικρὸν ἐπιθήκισα. BRUNCK.

1135. μάστιγαν barbare pro μάστιγα, quod habent impressi cum absono hiatu. In cod. Aug. μαστιγᾶν. BRUNCK. μαστίγαν R.

1139. *κούρην* Hermannus. *κόρην* libri.

1150. *δὴ ἀνδράσιw*] *Scribendum δὰνδράσιw. δὴτ' ἀνδράσιw* Brunckius.

1156. *πολυποτνία*] *Libri divisim πολὺ ποτνία. Correxuit Hermannus.*

1159. *ἤλθετον*] *Scribendum ἤλθέτην cum Elmsleio ad Acharn. 733. et versui præcedenti addendum.*

1160. Postquam Euripides non potuit liberare Mnesilochum per dolos, nunc venit ad concilium mulierum, pacem eis offerens si Mnesilochum dimittant. Euripides autem antea, quasi bellum gereret cum sexu muliebri, ita eum assidue insectabatur in tragædiis. BERG.

1162. *μηδαμὰ*] *μηδαμὰ* Aug. Vid. ad Soph. Trach. 323. *οὐδαμὰ* Aristoph. fragm. 662.

1164. *ἐπαισφέρεις*] *ἐπεισφέρεις* libri.

1167. *ἀκούσητ'* Elmsleius ad Acharn. 295. *Libri ἀκούσαιτ'.*

1171. *πεῖθε* Bisetus. *πεῖσαι* libri.

1172. *Ἐλάφιον*] *Meretricula et saltatrix, quam adduxit secum Euripides ad decipiendum Scytham, ut ex ejus custodia abducere possit Mnesilochum. Introducitur autem hic Euripides tanquam vetula et lena, ut in sequentibus patet. BERG.*

1175. *Τερηδὼν*] *Scribendum Τερηδὼν ex duobus codicibus Suidæ in Τερηδῶν.*

Περσικὸν] *Genus saltationis, de quo vid. schol. et Polluc. 4, 100.*

1176. *τί τὸ βόμβο*] *Pro τίς ὁ βόμβος; κῶμον τίς ἀνεγείρει μοι; Per bombum autem intelligit sonum tibiæ; unde βομβανῶντες in Acharn. v. 866. κῶμος autem est comessatio. BERG.*

1178. *ἔρχεθ'*] *ἔρχετ'* R. Aug. Junt.

1179. *ὀρκῆσι*] *Pro ὀρκησάσθω καὶ μελετησάτω οὐδὲν κωλύσω ἐγώ. BERG.*

1182. *τοῖσι* Bentleius. *τοῖς* libri: recte, si scribatur *τοῖς γόνασι τοῖς τοῦ Σκύθου.*

1185. *στέριπο* R. Aug. *τερπιπὸ* Junt.

γογγύλη] *γογγύλη* pro *γογγυλῆς* contra Atticorum consuetudinem Scytha dicit. V. Lobeck. ad Phryn. p. 103.

1186. *ἔτι* cum verbis *αὔλει σὺ θάπτου* conjungi maluit Dobræus.

1187. *Delenda Euripidis persona, quam recte om. R. Om-*

nia hæc καλό — πόστιον Scythæ verba sunt. κλαύσετ' — μένη ex Brunckii conjectura positum. Libri κλαυσεῖ — μένης, recte, nisi quod κλαυσεῖ γ' scribendum cum Bentleio. Post μένης parepigraphe est in libris ἀνακύπτει καὶ παρακύπτει ἀπεψωλη- μένος.

ἦν] Libri ἄν.

1188. πόστιον] ποστῖον R. Aug. Junt.

1190. οὐκὶ πιλῆσει Brunckius. τί οὐκ ἐπιλήσει R. Aug. Junt. Scripsi πιλῆσι. οὐχὶ φιλήσειν ponit scholiasta.

1191. Tria δ' ex R. et, qui accentu caret, Aug. addita.

1194. ναὶ ναὶ Brunckius. ναὶ libri.

γράφειο] Vulgo γράδιον. Fortasse infra quoque v. 1210. τυ- γάτριο potius scribendum.

1195. κάρισο σὺν Brunckius. κάρισο σοῦ R. Aug. κάρισος Junt.

1196. δῶ σοι] δῶσοι Junt. δῶσι R. Aug. δῶσο Porsonus.

1197. ἔκ' ᾠδέν] Id est ἔχω οὐδέν.

συβήνην Brunckius collato v. 1215. συμβήνην R. Aug. Junt. συβήνην scholiasta, Photius p. 546, 2. et Suidas in συβήνη. Scholiasta, τὴν τοξοθήκην· συβήνη αὐλοθήκη. λέγουσι δὲ καὶ τὸν φαρετρεῶνα συβήνην. Articulum τὸ recte omittunt Photius et Suidas. Ceterum usitata apud alios scriptura vocabuli σιβύνη est, de qua dixi in Thesouro Stephani s. v. ζιβύνη.

1198. κομίζεις αὐθις Brunckius. κομίζεις αὐτοῖς libri. Scribendum κομίζει αὐτός cum Bentleio.

ἀκολούτει] ἀκολουτί R. Aug. Junt.

1199. τῆ] Scribendum τῇ cum Aug. Junt.

γέροντο γράδιο] γεροντογράφιο Aug. Junt. et fortasse R.

1201. Vera videtur Reiskii conjectura μέμνησο τοῖνον τοῦνομ' scribentis et hæc verba Euripidi tribuentis.

Ἄρταμουξία] ἀρτομουξία Aug. Junt.

1203. παιδάριον τουτι] Scribendum παιδάριον, ταυτι —. ut legisse videtur scholiasta, qui interpretatur τὴν τοξοθήκην καὶ τὰ ὄργανα τῆς ὀρχηστρίδος.

1205. Prava interpunctione laborat hic versus. Distinguendum fuit post τάχιστα, quod cum ὅταν cohæret :

σὺν δ' ὅπως ἀνδρικῶς,

ὅταν λυθῆς τάχιστα, φεύξει, καὶ τενεῖς

ὡς τὴν γυν—

Valckenarius ad Theocr. sel. Idyll. I, 112. pro καὶ τενεῖς suadet κάτενès, quod vulgato non deterius est. Hesych. ἀτενès, ἰθὺ, συνεχές. Antiquum tamen retineo. Ordo est: σὺ δὲ φρόντιζε, ὅπως, ὅταν τάχιστα λυθῆς, φεύξει ἀνδρικῶς, καὶ τενεῖς ὡς τὴν γυν— BRUNCK. Græca ut distinguenda sint, in notis declaravi: Latine autem illa sic reddi debuerunt: *Tu autem vide, ut, quum extemplo solutus fueris, strenue fugias, cursuque contendas ad liberos et uxorem domum.* BRUNCK. in Addendis.

1207. λέλυσο] λέλυσαι Bentleius.

1210. τυγάτριον] Vid. ad v. 1194.

1211. δύσκολ'] δύσκολλ' R. Aug. Junt.

1213. γραῦ Brunckius. γρᾶιο R. γράο Aug. γρᾶο Junt. Scribendum γρᾶ cum Bentleio. Conf. v. 1222.

1214. διέβαλέ μ' ὦ γραῦς] Recte cod. Aug. διέβαλε. Vulgo [et R.] διέβαλλε. Suidas: διέβαλεν, ἐξηπάτησεν — Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις διέβαλέ μ' ἢ γραῦς, ἀντὶ τοῦ ἐξηπάτησεν. Eodem significato occurrit hoc verbum forma media Av. 1648.

διαβάλλεται σ' ὁ θεῖος, ὦ πόνηρε σύ.

Cod. Aug. vero et Juntina habent ὁ γραῦς, mendose: oportuit ad metri legem ὦ, ut est in Venetis. BRUNCK. ὁ etiam R. Scripsi ὦ.

ἀπότρεκ' ὡς τάχιστα (τάχιστα R. Aug. Junt.) σύ] Scholiasta, ἐαντῷ παρακελεύεται.

1215. συβίνη — καταβινῆσι Brunckius. συβήνη — καταβηνῆσι libri.

1216. Aliquid ex hoc versu excidit. ποῖ ποτε ποῖ (poterat etiam μοι) τὸ γράδιο Bothius.

1218. 1221. Sunt duarum feminarum contrarias vias indicantium. DOBRÆUS.

1220. τῆ] Scribe τή.

1222. γρᾶο Brunckius. Libri γραῦ.

1224. διώξει Elmsleius. Legebatur διώξεις.

1226. Alterum τρέχε νῦν addidit Brunckius.

1227. πέπαισται Bisetus. πέπυσται R. Aug. Junt.

1228. δῆτ' ἐστὶ Bothius. δῆ'στι libri.

1231. ἀνταποδοῖτον editio Brubachii. Libri ἀνταδοῖτον. ἀνταποδοῖτην Porsonus. ἀντιδοῖτην Brunckius.

LYSISTRATA.

EDITAM hanc fabulam esse archonte Callia, qui olympiadis nonagesimæ secundæ anni primi eponymus fuit, tribus constat testimoniis grammaticorum, scriptoris argumenti Græci, ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἀρχοντος τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἀρξάντος. εἰσῆχται δὲ διὰ Καλλιστράτου. et scholiastæ ad v. 173. Καλλίου ἀρχοντος, ἐφ' οὗ εἰσῆχθη τὸ δράμα. ejusdemque ad v. 1096. ἐπὶ Σικελίας ἐμελλον πλεῖν πρὸ ἐτῶν τεσσάρων τῆς καθέσεως τοῦτου τοῦ δράματος. quam expeditionem susceptam esse olymp. 91, 2. archonte Callia ex Thucydide compertum habemus 6, 30. Actam autem comœdiam esse Lenæis, id est mense Gamelione, non Dionysiis urbanis, mense Elaphebolione celebratis, recte statuere videtur Suevernius in commentatione de Nubibus p. 44. Qui etsi quædam minus recte dixit, illud tamen vere animadvertit v. 490. — 492. ἵνα γὰρ Πείσανδρος ἔχοι κλέπτειν χοῖ ταῖς ἀρχαῖς ἐπέχοντες, | ἀεὶ τινα κορκορυγὴν ἐκύκων· οἱ δ' οὖν τοῦδ' οὐνεκα δρώντων | ὅ τι βούλονται· τὸ γὰρ ἀργύριον τοῦτ' οὐκέτι μὴ καθέλωσιν, eo esse tempore scriptos, quo labefactatus quidem, sed nondum sublatus status popularis esset, quod duobus mensibus post, reverso Athenas Pisandro, accidit. De quo vid. Thucydides 8, 63. — 65. Primas fabulæ partes egit Callistratus.

1. ἐς C. et Voss. Vulgo εἰς.

εἰς Βακχείου] Ad Bacchi sacra celebranda. Habebatur autem Bacchus deus κατωφερῆς et libidinosus: unde facete apud comicum in Ranis dicitur nihil aliud scire, nisi πίνειν καὶ βινεῖν. Hoc inde est, quia a vino homines proclives sunt ad libidinem. Hinc etiam Euripides de Laio, proli procreandæ operam daturo, dicit in Phœnissis v. 21. ὁ δ' ἡδονῇ δούς, εἰς τε Βακχείου πεσὼν, ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα. BERG.

2. ἡ 'ς] Vid. ad Acharn. 242.

Πανός] Pan etiam est libidinosus, ut et Satyri similes dii omnes. De Pane vide infra v. 910. BERG.

Κωλιάδα — Γεγετυλλίδος] In Nub. 52. quum describit mulierculam lascivam, dicit eam ὄζειν Κωλιάδος, Γεγετυλλίδος. Dicitur autem Κωλιάς Venus a loco Atticæ, ubi ei templum, ut aiunt grammatici Græci. Γεγετυλλίς autem vel Venus est ipsa, ut vult scholiastes ad Nubes l. c. Γεγετυλλίς, ἡ τῆς γενέσεως ἔφορος Ἀφροδίτη· vel dea Veneri affinis, ut scholiastes ad hunc in Lysistrata locum: καὶ ἡ Γεγετυλλίς δὲ γυναικεία θεὸς περὶ τὴν Ἀφροδίτην ἀπὸ τῆς γενέσεως τῶν παιδῶν ὠνομασμένη. BERG.

4. ἐνταυθὶ Elmsleius. Scribebatur ἐνταυθοῖ. Vid. ad Nub. 814.

8. τοξοποιεῖν] Hesychius, τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς: συστρέφειν αὐτάς. Imitatur Alciphro 3, 19.

9. ἡμῶν] ὑμῶν Δ. Voss.

10. ἀνδράσιw] ἀνδράσι B. Aug. et, qui v ἐφέλκυστικὸν sæpissime omittit, R.

16. τοι B.C.Δ. Voss. τε R. Junt.

20. ἀλλ' ἔτερα γὰρ ἦν] Scribendum cum Porsono, ἀλλ' ἦν γὰρ ἔτερα.

ἦν] ἦν γε B.Δ.

προὔργιαίτερα] προὔργιαίτατα C. Voss.

22. συγκαλεῖς] ξυγκαλεῖς B. Voss.

23. μῶν καὶ παχύ] Quod dixit Lysistrata μέγα, accipit Caionice de virili membro. BRUNCK.

24. καὶ νῆ] νῆ Voss. νῆ τὸν B.Δ. Non est probabile poetam καὶ νῆ Δία παχύ. κᾶτα πῶς οὐχ ἦκομεν scripsisse, quum numeris multo melioribus posset, καὶ νῆ Δὶ παχύ. κᾶπειτα πῶς οὐχ ἦκομεν; Hoc igitur restituendum videtur. κᾶπειτα πῶς dixit Av. 963. Ran. 786. et fragm. 124. De accusativi autem forma Δί diximus ad Equit. 319.

27. πολλαῖσι τ'] πολλαῖσιw B.C. Voss. πολλαῖς τ' Suidas in ἐρριπτασμένον.

31. γὰρ] γ' ἄρ' Voss.

εἶχετο] Vulgo οἶχετο. Sed codices tres mei [et R.Δ. Voss.] in alia, eaque meliore consentiunt lectione; non οἶχετο, sed εἶχετο exhibentes, quod omnino reponi debuit. Vereor enim ut e Græcis nostris, salva linguæ indole, erui possit sententia in

versione expressa: *parum abest quin nulla sit*. Hoc sensu Græce non dicitur ἐπ' ὀλίγου, sed absolute ὀλίγου suppresso verbo δεῖν. Vid. Thesm. 935. Vesp. 829. Acharn. 348. 381. quorum locorum in nullo scribere poteris ἐπ' ὀλίγου pro ὀλίγου. Jam vero ἔχεσθαι sæpissime nihil aliud valet quam εἶναι: et εἶναι vel ἔχεσθαι ἐπ' ὀλίγου eadem ratione dicitur et non valde dissimili sensu, quam εἶναι, στηναί, βῆναι ἐπὶ ξυροῦ. Gallice: *Il tenoit donc à bien peu de chose*. BRUNCK. Ejusdem corruptelæ exemplum est glossa Hesychii, εἴχεται: οἴχεται.

33. μήτε B.C.Δ. et Voss. in textu. μηδὲ vulgo: quod in schol. habet Voss. Respondet τε v. 35.

Πελοποννησίου] πελοποννησίου R. et sic iterum v. 75.

36. γ' additum ex B.C.Δ. Voss.

ἄφελε τὰς ἐγγέλεις] Nam ex Bœotia afferebantur Athenas anguillæ præstantes. Vid. Pac. 1004. BERG.

37. οὐκ ἐπιγλωττήσομαι] *Ominabor*. Apud Æschylum in Prometheus 927. quum Prometheus dixisset, magnum quoddam malum imminere, chorus eum reprehendens dicit: σὺ θῆν ἂ χρήσεις, ταῦτ' ἐπιγλωσσᾶ Διός; ubi scholia: τῇ γλώττῃ κατηγορεῖς, ἐποιωνίζῃ κατὰ τοῦ Διὸς, ἂ βούλει γενέσθαι αὐτῷ. Apud eundem Æschylum in Choeph. 1045. μηδ' ἐπιγλωσσῶ. ubi Stanley citat Hesychium, ἐπιγλωσσῶ: ἐποιωνίζου διὰ γλώττης. Αἰσχύλος Ἑρακλείδαις. BERG.

38. ἄλλ' ὑπονόησον σύ μοι] Id est ἄλλο. Sic Pl. 361. σὺ μηδὲν εἰς ἔμ' ὑπονόει τοιοῦτο. *Hæc in melius accipere*. In codicibus quidem scriptum, ut vulgo, ἀλλ' pro ἀλλὰ, et in C. superscripta glossa e scholiis, ὅτι ἀπολοῦνται δηλονότι. Sed falsus est hic sensus. Nihil enim *susplicari* vel *conjectere* poterat Callonice, quæ de Lysistratæ consilio nondum quicquam compere-
rat. BRUNCK.

42. ἐργασάατο] ἐργασάμεθα Clemens Alex. Pædag. 3. p. 254.

43. ἐξηθισμέναι] ἐξανθισμέναι ex Clem. Alex. recte restituit Bentley, collata glossa Hesychii, ξανθίεσθαι: κοσμεῖσθαι τὰς τρίχας, ἢ βάπτεσθαι αὐτάς. et fragm. Menandri apud Clementem, νῦν δ' ἐρπ' ἀπ' οἴκων τῶνδε· τὴν γυναικα γὰρ | τὴν σῶφρον' οὐ δεῖ τὰς τρίχας ξανθὰς ποιεῖν, de quo vid. Meinek. p. 235.

44. κροκωτὰ φοροῦσαι] κροκωτοφοροῦσαι B.C.Δ. Voss. fortasse ex v. 219.

45. In B.C.[Δ. Voss.] καὶ κμμερικροθοστὰδια, sine vocum

distinctione: in Aug. [R. et ed. Juntina] καὶ κίμβερινκορθοστάδια. Scilicet hæsitans librarius, nesciensque utram e duabus præferret scripturis, ambas repræsentavit simul conjunctas. κίμβερινὸν pro κίμβερικὸν male legitur apud Suidam. BRUNCK. κίμβερικὸν Hesychius vol. 2. p. 261. ubi vid. Alberti. Photius p. 165, 22. Κίμβερικόν: εἶδος χιτωνίσκου. Ἀριστοφάνης. Infra v. 52. κίμβερικὸν Δ. et Voss.

περιβαρίδες calcei sunt, quibus maxime utebantur ancillæ, teste Polluce 7, 92. quod paulo supra [87.] confirmat his Cephisodori versibus:

σανδάλιά τε τῶν λεπτοσχιδῶν,
ἐφ' οἷς τὰ χρυσᾶ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθημα·
νὺν δ', ὥσπερ ἡ θεράπαιν', ἔχω περιβαρίδας.

Quod tamen nihil aliud ostendit, quam περιβαρίδας calceos fuisse minus pretiosos, quibus etiam ingenuæ uti poterant. BRUNCK.

46. ἃ σώσειν προσδοκῶ] Contrarium in Thesmoph. 86. τοῦτ' αὐτὸ γὰρ τοι κάπολεῖν με προσδοκῶ. BERG.

47. χαί] καὶ R.

48. Perperam hic versus vulgo [et in R.] versui 45. subjicitur, sede perquam aliena, quod et Kusterus animadvertit, addens eum in duobus codicibus a se inspectis positum esse eo loco in quem eum reposuimus. Cum illis Kusteri codicibus consentiunt B.C. [Δ. et Suidas in ἐξηγηθισμέναι], ubi idem, quem exhibemus, versuum ordo. Est autem hic et Concion. 929. χ' ἡγχουσα pro καὶ ἡ ἄγχουσα. Hesychius: ἄγχουσα, ῥίξα, ἣ φυκούνται τὰ γύναια. Etymol. ἔγχουσα, εἶδος βοτάνης, ἣ καὶ διὰ τοῦ α λέγεται ἄγχουσα. Ἀττικὸι δὲ διὰ τοῦ ε. Sed fallitur prava codicum deceptus scriptura, quæ Thomæ etiam fraudi fuit, cujus adeundus interpres. Apud comicum, quo nemo Ἀττικώτερος, scriptum hoc nomen per α in Thesm. sec. [fr. 309.] Gallis herba ista *Orcanette* vocatur. BRUNCK.

52. μήτ' ἀσπίδα et v. seq. μήτε ξιφίδιον dant B.C. [Δ. Voss.], melius quam, ut vulgo, μηδ' et μηδέ. BRUNCK.

56. ὄψει τοι] Sic B.C. [Δ. Voss.] Vulgo [et R.] ὄψει γε. Iidem et Aug. habent ὦ μελέ' ὄψει. Recte in codd. scriptum ὦ μέλ' Concion. 245. quod notandum. Licet enim a μέλεος femininum sit μελέα, ut Vesp. 312. tamen vocativo ὦ μέλε compellantur tam femininæ quam viri. BRUNCK.

60. ἐπὶ τῶν κελήτων] Jocus est ex ambiguo. κέλης significat parvum navigium, qualia conscendisse oportebat Salaminias mulieres, quæ Athenas deferendæ erant: tum notat equum desultorium, et inde, ut ait noster, Ἀφροδίτης τρόπον, quo sibi morigerari noluisse meretricem facete queritur servus in Vespis v. 500. Hujus schematis meminit Horatius Serm. 2, 7, 49.

Quæcunque exceptit turgentis verbera caudæ,
Clunibus aut agitavit equum lasciva supinum.

At illud graphice describit Apuleius loco quem emendatum protulit elegantissimus Ruhnkenius ad Julium Rufinianum p. 260. *Inscenso grabatulo, super me coxim residens, ac crebra subsiliens, lubricisque gestibus mobilem spinam qua-tiens, pendulæ Veneris fructu me satiavit.* BRUNCK.

61. ἐγὼν R. et Junt. ἐγὼ libri reliqui.

62. — 131. om. B.C.Δ. Voss.

63. Θεογένους] Scribebatur Θεαγένους, de quo dixi ad Pac. 928. Veram scripturam hic servavit scholiasta libri Ravennatis, ὁ δὲ Θεογένης κοππάτης Ἀχαρνεύς.

64. θουκάτειον] Legebatur τὰκάτιον. Correctum ex Suida, Θεαγένης: ὄνομα κύριον. καὶ παροιμία, Θεαγένους Ἐκάτειον. οὗτος δειλὸς ἦν· εἶχε δὲ Ἐκάτης ἄγαλμα, οὗ ἐπνυθάνετο πανταχοῦ ἀπιῶν. Similiter idem in Ἐκάτειον. Conf. Lobeck. Aglaoph. p. 1337.

66. αἰδ' αἰθ' ἕτεραι χωροῦσί τινες] Aliena ab sermone vulgari est αἰτε particula, quam non defendi posse Vesp. versu 1015. recte animadvertit Dobræus, cui scribendum videbatur, ΑΥ. αἰδι δ' ἕτεραι χωροῦσί τινες. ΚΑ. ἰὸν ἰὸν, πόθεν — . correctione minus probabili. Mihi, si verba illa αἰδ' αἰθ' ἕτεραι χωροῦσί τινες scripta sint ab Aristophane, de quo dubitari potest, sic potius corrigenda videntur χαυθάτεραι χωροῦσί τινες. i. e. καὶ αὐται ἕτεραι. Simili crasi χρῆσθ' ἀτέρῳ pro χρῆσθαι ἐτέρῳ dictum Pac. 253. Infra v. 736. αἰθ' ἡτέρα in libris scriptum pro αἰτη' τέρα.

68. ἀνάγυρος] Anagyrus est pagus Atticus et herba quædam fœtida: unde proverbium κινεῖς ἀνάγυρον, de quo vide Erasmus. BERG. Alludit ad notum proverbium, de quo consulendi parœmiographi et Meursius de Pop. Att. in Ἀνάγυρος. BRUNCK.

70. Μυρρίνη] μυρρινη R.

74. ούνεκα] Male vulgo *ένεκα*, qua forma nusquam usi sunt Attici poetæ. Vide infra ad v. 491. 501. Ran. 189. Pl. 329. ne plures locos indicem, ubi ad codicum fidem reposita fuit forma genuina Attica. BRUNCK.

79. γλυκντάτη Bisetus. Libri ὦ γλυκντάτη.

81. μάλα γ' οἰῶ ναὶ τὼ σιῶ] Legebatur *μάλα γὰρ οἰῶ ναὶ σιῶ*. Articulum, qui in hac formula non magis quam in Attica *νῆ* τὼ θεῶ omitti potest, addidit Berglerus. γὰρ in γ' esse mutandum vidit Reisigius in appendice ad Nubes p. 18.

82. γυμνάδομαί γα — Vulgo γε. Alterum ex usu dialecti reponi debuit, ut infra 105. 107. et alibi. *καὶ ποτὶ πνγὰν ἄλλομαι*. De hac Laconica saltatione sic Pollux 4. 102. *καὶ βίβασις δέ τι ἦν εἶδος Λακωνικῆς ὀρχήσεως, ἧς καὶ τὰ ἄθλα προὔτιθετο, οὐ τοῖς παισὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς κόραις. ἔδει δὲ ἄλλεσθαι καὶ ψαύειν τοῖς ποσὶ πρὸς τὰς πνγὰς, καὶ ἀνηριθμεῖτο τὰ πηδήματα. ὅθεν ἐπὶ μιᾷς ἦν καὶ ἐπίγραμμα: Χίλια πόκα βιβάντι· πλεῖστα δ' ἂ τῶν πήποκα*. Sic Laconica scribenda esse existimo. BRUNCK. *γυμνάδομαί τε* Eustathius p. 1570, 12.

83. τιθίων Kusterus. Libri τῶν τιθίων.

84. ἄπερ] Vulgo ἄπερ. αἶπερ R.

85. ἡτέρα] Scribendum ἀτέρα.

88. πεδίων] Scholia, λέγεται γὰρ ἡ Βοιωτία εὐπειδιὰς εἶναι. Sed intelligit hortum muliebrem, τὸ αἰδοῖον. BERG.

καὶ νῆ Δία] Hæc vulgo Lacænae tribuuntur. Dicterium Atticæ mulieri magis convenire mihi videtur; ideo τὰν in τὴν mutavi. [Sic etiam Bentl.] Si quis ne quidem in personarum distinctione ab editionibus discedere vellet, majori mutatione sic oporteret Lampitonem loqui:

καὶ, ναὶ σιῶ,

κομφότατα τὰν γλαχῶ γα παρατετιλμένα.

Notum est Laconas, aliosque Dorice loquentes, *pulegium*, quod Atticis *βλήχων* appellatur, *γλάχωνα* nominare. Vide Acharn. 861. 869. 874. Ceterum in Aug. personarum nomina adscripta non sunt: interlocutorum mutatio transversa tantum lineola indicata. BRUNCK.

89. παρατετιλμένη] Solebant id facere. Vide infra v. 151. et Ran. 513. BERG.

90. ἡτέρα] Scribendum ἀτέρα.

χαῖτα R. Vulgo χαῖτα μέν.

91. Κορινθία δ' αὖ] Quasi dicas, est quidem bella, sed non casta: quia Corinthi meretrices plurimæ. BERG.

93. ξυναλλάξε] Scribendum ξυναλίαξε ex Aug. vel potius συναλλάξε cum Brunckio.

94. ἦδ' Brunckius. ἄδ' libri.

μύσιδδέ τοι Bentleius. Libri μυσιδδέτω. Hesychius, μυσιδδέι: λαλεῖ, ὁμιλεῖ. ad quem vide Hemsterh. in Auctario, qui μύσιδδέ τω corrigebat, quod etiam Berglerus probaturus erat, si constaret τω pro τοι esse dictum.

97. πρὶν λέγειν δ' correctum in editione Brubachiana. πρὶν δὲ λέγειν Juntina. Particulam om. R.

100. εὖ γὰρ οἷδ'] In Aug. ante hæc verba transversa lineola minio primum adpicta fuit, indicium mutatæ personæ, quam, deprehenso errore, lituris postea librarius induxit. Versu autem seq. scriptum πάσαισιν ὑμῖν. Recte omnia. Sic locus hic constitui debet, deleta Myrrhinæ persona:

τοὺς πατέρας οὐ ποθεῖτε τοὺς τῶν παιδίων,
ἐπὶ στρατιᾷς ἀπόντες; εὖ γὰρ οἷδ', ὅτι
πάσαισιν ὑμῖν ἐστὶν ἀποδημῶν ἀνήρ.

Tum versus 102. 103. Calonicæ tribuendi, v. 104. Lysistratæ. Non aliter ista personis dividi posse inde manifestum est, quod ipsius dramatis series et œconomia non sinant versum 104. Myrrhinæ tribui, quæ maritum suum Cinesiam domi reliquerat, in scenam mox proditurum, eaque dicturum quæ ostendant eum peregre non abfuisse. BRUNCK.

106. πορπακισάμενος] Ex scholiis: ἀντὶ τοῦ ἀναλαβῶν τὴν ἀσπίδα, ἅμα τῷ παρεῖναι ἄπεισιν. Est autem a πόρπαξ, quod manubrium clypei significat, ut in Equit. 844. et per synecdochen accipitur pro ipso clypeo, ibid. 1366. et in Pace 661. BERG.

φροῦδος ἀμπτάμενος] Euripides in Andromacha 1219. ἀμπτάμενα πάντα φροῦδα. BERG.

108. προὔδοσαν Μιλήσιοι] Vide Thucyd. 8, 17.

109. ὀλισβον] Cratinus: μισηταὶ δὲ γυναῖκες ὀλίσβῳ χρῆσονται. apud Suidam et Hesychium in μισητή. Notat autem scholiastes comici nostri ad Milesias mulieres respici tanquam olisbo utentes. BERG.

ὀκτωδάκτυλον] Non debebat Bentleius ὀκταδάκτυλον corrigere.

Vid. Elmsl. ad Eurip. Med. p. 256. Lobeck. ad Phryn. p. 415.

110. σκυτίνη ἑπικουρία] Scholia: Alludit ad proverbium σκυτίνη ἑπικουρία, i. e. *ficulneum auxilium*, quod de infirmis dicitur. Mutavit autem σκυτίνη in σκυτίνην, i. e. coriaceum, quia coriacei sunt olisbi. Sunt autem veretra coriacea, quibus utuntur viduæ mulieres. Sed apud Hesychium et σκυτίνη ἑπικουρία proverbium est. Vid. Erasmus in proverb. *coriaceum auxilium*. BERG.

113. ἐγὼ δέ γ' ἂν ex v. 115. illatum videtur. ἐγὼ μὲν ἂν Bentleius.

χρεῖη] χρῆ ἢ R. Junt. Correxerit Kusterus. χρεῖ' ἢ Suidas in ἔγκυκλον.

116. δοῦναι] Scribebatur δοῦναι ἂν.

παρταμοῦσα] παραταμοῦσα Brunckius. παρατεμοῦσα Elmsleius ad Soph. Œd. T. 1227. Consulto a poeta παρταμοῦσα positum videtur, ut splendidior evaderet oratio mulieris.

122. Hic et seq. v. quæ vulgo Calonicæ partes tribuuntur, eas in Myrrhinam transtuli, quæ prima patefactum Lysistratæ consilium rejecit v. 129. Facetum est eam omnium cupidissimam fuisse rei cognoscendæ. Eo etiam ducit personarum distinctio in Reg. codd. quæ infra observabitur. BRUNCK.

124. ἡμῖν ἔστι] Sic partim ob metrum, partim ob euphoniā scribendum. Male vulgo ἡμῖν ἔστιν. BRUNCK. Scribendum ἔστιν ἡμῖν cum Bentleio. Vid. ad Av. 386.

129. ὁ πόλεμος ἐρπέτω] *Bella pergant protinus*, ut recte vertit Florens. Suidas ἐρρέτω legisse videtur, et si ad hunc locum respexit, pessime eum interpretatus est. BRUNCK.

133. ἄλλ', ἄλλ' — id est ἄλλο, ἄλλο — vividius quam ut vulgo ἀλλὰ ἄλλο. κἄν με χρῆ. Male vulgo χρῆ. Impersonalis hujus verbi indicativus est χρῆ, optativus χρεῖη, subjunctivus χρῆ. Suidas supra laudatus ad v. 113. χρῆ δευτόνως, ἦγονν δεῖ. χρῆ δὲ περισπωμένως, τὸ ὑποτακτικὸν, σημαίνει δὲ τὸ δέη. BRUNCK.

136. δαὶ B.C.R.Δ. Aug. Voss. Vulgo δέ. Proxima verba κἀγὼ βούλομαι διὰ τοῦ πυρός, quæ Lampitoni vulgo tribuuntur, Atticæ esse mulieris dialectus ostendit. Quamobrem Myrrhinæ tribui cum Wakefeldo Silv. crit. 3. p. 49.

137. ὦ παγκατάπυγον] Vulgo divisim πᾶν κατάπυγον. Eadem

est compositionis ratio quam in παγκατάρατος v. 588. παμβδελυ-
 ρὸς et παμμυσαρὸς, 969. παγγλυκερὸς, 970. παμμίλαρος, Ran. 466.
 παμπόνηρος, 106. infinitisque hujus generis aliis. Idem etiam
 Reiskio placuisse video. BRUNCK.

139. πλήν Ποσειδῶν καὶ σκάφη] Scholia : εἰς τὴν Σοφοκλέους
 δὲ Τυρῶ ταῦτα συντείνει, ἐκθείσαν τὰ τέκνα εἰς σκάφη. In isto
 loco scripsi ἐκθείσαν pro ἐκθείνει. malletm præterea σκάφην. Sunt
 autem filii Tyronis sive Tyrus Neleus et Pelias, quos suscepe-
 rat ex coitu Neptuni. Hinc Suidas in οὐκ ἐτὸς locum ita ex-
 ponit : οὐδὲν ἐσμὲν εἰ μὴ συνουσιάζειν καὶ τίκτειν. *nihil enim
 sumus, nisi tantum ad coeundum et pariendum aptæ.* BERG.

141. Vulgo [et in R.] profligato metro legitur :

μόνη μετ' ἐμοῦ, τὸ πρᾶγμ' ἂν σωσαίμεσθ' ἔτι.

Aug. τὸ πρᾶγμα σωσαίμεσθ' ἔτι. Regii [et Voss.], τὸ πρᾶγμ'
 ἀνασωσαίμεσθ' ἔτι. Genuinam ex indole linguæ restituimus
 lectionem, τὸ πρᾶγμ' ἀνασωσαίμεσθ' ἔτ' ἂν. BRUNCK.

143. γυναικας ἔσθ' ὑπνῶν] Sic recte Dawesius. Perperam
 vulgo transpositis vocibus, γυναικας ὑπνῶν ἔστ' — Vide ad Plu-
 tum 166. In indice Thesauri H. Stephani legitur : ψωλὴ
affertur pro mentula, sed ἀμαρτύρωσ. En tibi testem ido-
 neum. Vide infra 979. et Av. 560. BRUNCK. ὑπνῶν pro-
 ducta syllaba prima fortasse ferri poterat in sermone Laco-
 nico.

144. γα Scaliger. γε libri.

μάλ' αἶ] Inutilis est αἶ particula. Scribendum μάλ' εἶ, quod
 legitur in editione Brunckii, quamvis ab ipso rejectum in anno-
 tatione.

146. Hic et infra sæpius, ubi Myrrhinæ partes tribuimus,
 quæ vulgo sunt Calonicæ, auctoritatem sequimur binorum
 Reg. codd. BRUNCK. Calonicæ personam hic et infra ponit
 R, Myrrhinæ Voss.

149. καθήμεθ' Bekkeri editio. Vulgo καθήμεθ'. Scribendum
 καθοίμεθ' cum Brunckio. Eadem corruptela Ran. 919.

150. τοῖς ἀμοργίνοις, e lino vel bysso, qui optimus in insula
 Amorgo, e Sporadibus uno, proveniebat. Inde ἀμοργὸς pro
 quolibet bysso vel lino. BRUNCK.

151. παρατετιλμένα] Supra v. 89. De isto autem *delta* scho-
 liastes : τὸ αἰδοῖον τὸ γυναικείον τοιοῦτο γὰρ τὸ σχῆμα. BERG.

152. ἄνδρες] ἄνδρες libri hic et v. 157.

πλεκοῦν] σπεκλοῦν editio Zanetti. Verum videtur σπλεκοῦν.
De quo verbo vide ad Plut. 1083.

155. ὁ γῶν Aug. ὃ γ' ὦν Junt.

τὰ μᾶλά πα] Sic B.C. In Aug. [et R.] ut in Juntina πο.
Doricum est πα, quod e Theocrito satis notum. BRUNCK.
πᾶ vel πᾶ Δ. et Voss. που Suidas in μῆλα. Revocavi πο. Sic
ὁ πίττομαι pro οὐ πείθομαι a Bœotis dictum annotarunt Hesy-
chius et Photius, σποδᾶς pro σπουδᾶς Lacæna infra v. 173. et
quæ sunt alia ejusdem generis.

156. παρεσιδῶν] Sic Aug. et C. cum veteribus editionibus:
recentiorum παρενιδῶν est in B. Respicit ad Euripidis Andro-
macham, ubi Peleus v. 628. sic Menelao exprobrat :

οὐκ ἔκταρες γυναιῖκα χειρίαν λαβῶν·
ἀλλ' ὡς ἐσεῖδες μαστὸν, ἐκβαλὼν ξίφος,
φίλημ' ἐδέξω, προδότιν αἰκάλλων κύνα,
ἦσσω πεφυκῶς Κύπριδος, ὦ κάκιστε σύ. BRUNCK.

παρενιδῶν R. παρενιδῶν Voss. Restitui παρενιδῶν, quod Suidas
quoque legit.

158. κύνα δέρειν δεδαρμένην] Quod eo sensu dixerat Phere-
crates, quo postea ἐπὶ τῶν μάτην πονούστων in proverbium abiit, id
aliosum trahit faceta mulier. Penem coriaceum intelligit, cujus
mentio supra v. 109. quique inter instrumenta muliebris mundi
recensetur in Thesmophor. secundis [fragm. 309.]. BRUNCK.

160. λαβόντες δ'] δὲ λαβόντες B.C.Δ. δ' om. Voss.

ἐς] εἰς Δ. Voss.

162. τύπτωσι] τύπτωσι B.C.Δ. Voss.

Addidi τί. Conf. Eccles. v. 799. — 804. 862. 863.

κακῶς] κακὰ κῶς R. Hoc est κακὰ^{κῶς}. Hinc κακὰ κακῶς. Voss.
et Vaticanus.

166. συμφέρη] ξυμφέρη B.C.

167. In tribus codicibus hic versus eidem personæ tributus
ac sequentes: præfixum est ei in duobus Regiis nomen Λαμπ.
Hanc distinctionem primo admiseram, scribendo χ' ἁμῖν συν-
δοκεῖ. Sed vulgatum postea prætuli, quia necesse videtur, ut
una etiam ex Atticis mulieribus Lysistratæ consilium approbet.
BRUNCK.

σφῶν ταῦτα, χῆμῖν] ταῦτα σφῶν, ταῦτα R. et Voss. Av. 1630.
εἶ τοι δοκεῖ σφῶν ταῦτα, κάμοι ξυνδοκεῖ.

169. παντᾶ] Vulgo πάντας relatum ad ἄνδρας, satis inficete. Aug. et C. [R. Voss.] πάντα. πάντως B. [Δ.] e glossemate. E dialecti usu scribendum παντᾶ, quod apud Theocritum sæpius occurrit. BRUNCK.

170. ῥυάχετον] Regii [et Δ. Voss. et Suidas] ῥυχάχετον. Aug. ut vulgo ῥυγχάχετον. Scripturam Hesychio [et Photio p. 491, 24.] probatam recepi. ῥυάχετον, θόρυβον, ἢ τὸν ῥέοντα ὀχετόν: quam ad glossam vide interpretes. BRUNCK. ρυάγχετον R.

171. πᾶ καὶ τις ἂν πείσειεν αὐτὴ μὴ πλαδδιῆν;] Sic duo Regii: nisi quod in altero πλαδδιῆν subscripto ι, quod in Doricis melius omittitur. Suidas in ῥυχάχετον [et πλαδδιεῖν] habet πλαδδιεῖν, unde genuinam lectionem, Dorica restituta forma, indicavit et illustravit Gisb. Koen, cujus erudita nota ad Corinthum p. 104. [229.] omnino legenda. Vulgo corruptissime μὴ πλαδδικῶ. πλαδδιῆν significat *nugari, delicias facere*. Infra 990. in imperativo μηδ' αὐτὴ πλαδδίη. BRUNCK. πλαδδικῶ ortum ex compendio scripturæ male intellecto. Vide Bast. ad Gregor. l. c.

173. οὐχ ἄς σποδᾶς γ' ἔχωντι ταὶ τρυήρες] ἄς Doricum est pro ἔως, ὅπως, μέχρις οὖ. Vide Hesychium. [ἄς: ἔως, ὅπως, μέχρις οὖ. Vid. Koen. ad Gregor. Cor. p. 188.] Sic sine accentu scriptum est in Aug. et in C. in hoc σποδᾶς γ' ἔχωντι: in Aug. οὐχ' ἄς σπουδᾶς ἔχωντι. οὐχ ὡς σποδᾶς ἔχωντι B. [et Δ. οὐχ' ας σπουδᾶς ἔχωντι R. οὐχ' ἄς (sic) σποδᾶς γ' ἔχωντι Voss.] Viris doctissimis Koenio et Valckenario placuit etiam subjunctivus ἔχωντι, ideo reponendus, quia sequitur ἦ in altero versu, ab eadem particula ἄς pendens. In ceteris interpretationem secutus sum Io. Toupium Cur. Nov. in Suidam p. 2. [vol. 3. p. 12.] ubi e Sophoclis Œdipo Tyr. 709. ostendit verbum ἔχειν bene cum genitivo σποδᾶς, Dorico pro σπουδῆς, construi.

καὶ μάθ' οὐνεκ' ἐστὶ σοι

βρότειον οὐδὲν μαντικῆς ἔχον τέχνης.

Huic exemplo aliud addam ex eodem dramate v. 345. καὶ μὴν παρήσω γ' οὐδὲν, ὡς ὄργῆς ἔχω. BRUNCK. ἄς, sine accentu, retinui codicum auctoritatem secutus.

174. παρὰ τῆ σιῶ] In arce Minervæ. Erat autem gazophylacium in ὀπισθοδόμῳ templi Minervæ. Comicus in Pluto 1194. ἰδρυσόμεσθα — τὸν Πλοῦτον οὐπερ πρότερον ἦν ἰδρυμένος τὸν ὀπισθόδομον ἀεὶ φυλάττων τῆς θεοῦ. BERG.

180. παντᾶ Brunckius. Libri πάντα.

κ' ἔχοι] γ' ἔχοι B.Δ. γ' etiam Voss.

τᾶδε B. Vulgo τάδε.

Comma post λέγεις addidit Resigius in appendice ad Nubes p. 8.

181. τάχιστα] τάχιστ' ἂν Δ. τάχιστ' ὦ C. et Voss.

183. ὁμώμεθα codices. ὁμώμεθα Junt.

184. Servi publici Athenis, magistratum apparitores, τοξόται, quorum frequens in his fabulis mentio, peregrini erant et barbari, plerique e Scythia, ideo peculiari nomine Σκύθαι etiam vocati, ut infra videbitur. Facete nunc Lysistrata famulam compellat, tanquam publicam muliebris concilii ministram, Σκύθαιναν. Noli enim hoc cum Kustero pro nomine proprio accipere. Sic in Conc. habemus κηρύκαιναν. BRUNCK.

186. 189. 191. 193. ΚΑΛ.] μν. Voss. et Brunckii editio.

188. ὥσπερ, φασίν, Αἰσχύλος ποτέ] Id est, ὥσπερ ποτέ ἐποίησεν Αἰσχύλος, ὡς φασιν. Hanc lectionem, distinctione tantum juvandam, in duobus codicibus reperit, et, si quid recte judico, corrupit Kusterus. Eam exhibet etiam C. Veterem editionum lectionem ὥσπερ φάσ' ἐν Αἰσχύλῳ ποτέ habet Aug. [et R.] Est quidem in B. quod ille volebat φησίν: sed e librarii emendatione putantis hoc verbum a sequenti nomine Αἰσχύλος pendere. Multo melius in ore mulieris, Æschylum dubitanter et ex aliorum sermone citantis, φασιν, per parenthesis insertum. Respicit autem ad Septem ad Thebas 42.

ἄνδρες γὰρ ἑπτὰ, θούριοι λοχαγέται,
ταυροσφαγούντες ἐς μελάνδετον σάκος,
καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου
ᾠρκωμότησαν —

BRUNCK.

Recipienda Brunckii lectio.

189. μηλοσφαγούσας] Sic duo Regii [et Δ.] In Aug. [R.] et in Juntina μηλοσφαγούσαις. BRUNCK.

192. τόμιον ἐντεμοίμεθα] Sic bene Regii [et R.V. Voss.]. ἐντομα, sicut et τόμια seu τομία (priori modo in codd. positus accentus) sunt τὰ ἱερά ἃ σφάζοντες ὀμνύουσιν: unde ἐντομοί, ἐντορκοί. Vide Hesychium in his vocibus. Perperam vulgo ἐκτεμοίμεθα. ἐντέμνεσθαι verbum est ad sacra pertinens, et hic valet *sacrificare*. Diversa significatio alterius compositi, quæ hujus loci non est. λευκὸν ἵππον opponit Æschyli tauro. Sed

nolit faceta mulier hoc de quadrupede intelligi: mentulam innuit, quam mox abjuratura est. Vide scholiastem.

195. θεῖσαι μέλαιναν κύλικα μεγάλην ὑπίαν] Parodia est Æschylei versus. μέλαιναν μεγάλην κύλικα pro μελάνδετον σάκος: et ὑπίαν, quia sic clypei humi ponebantur: supra 185. θῆς ἐς τὸ πρόσθεν ὑπίαν τὴν ἀσπίδα: et Acharn. 583. παράθες νῦν ὑπίαν αὐτὴν ἐμοί. BRUNCK.

196. Θάσιον οἶνον σταμνίον] Vid. Albertium ad Hesychium vol. 2. p. 1257.

197. ἐς] εἰς Δ.

198. φεῦ δᾶ] De hac formula dixi in Thesauro Stephani vol. 2. p. 488.

ἐπαινῶ] Scribendum ἐπαινῶ.

199. Lysistratæ tribuit Voss. Continuabatur Lampitoni.

200. — 267. om. B.C.Δ. Voss. In C. vacuum spatium paginarum quattuor et dimidiæ.

200. — 204. omnes Lysistratæ tribuebantur. Correxit Reisingius Conject. p. 245.

200. Legebatur γυναῖκες, κεραμεῶν (sic Aug. et R: κεραμέων Junt.) ὄσος, omisso articulo. Solus verum vidit neglectus ab aliis Reiskius, cujus hæc est annotatio “ γυναῖκες, ὁ κεραμῶν, “urna, testa, seria, in genitivo κεραμῶνος, ut πιθῶν, πυλῶν, “ μυλῶν, θυρῶν, πορνῶν etc.” κεραμῶν ab librariis in κεραμεῶν corruptum est, quemadmodum duobus aliis in locis πρηγορῶν in πρηγορεῶν abiit, de quo dixi ad Avium v. 1113.

ὄσος] ὄχλος, Scaligeri conjecturam, codici Vossiano per errorem tribuit Kusterus.

202. μοι Brunckius, consentiente, ut videtur, R. μου Junt.

